Dissertationum Germanicarum

Tom. XII.

Varii argumenti

P. I.

Elenchus Auctorum

X. Bricheri Columbi | Dominici | De Justitia et Jure seu Scrutinium Ulpiani non vapulantis in definitionib. Justitiae et Jurisprud. — ad L. 10. ff. et tit. Instit. de Just. et Jure adversus Interpretes. — Lipsiae. 1739. — — — — — —

XI. Reet | Guilielmi. | de principali Causa dissentionum — inter Labeonem et Capitonem horumque Sectatores. — Lipsiae. 1750. — — — — — — —

XII. Gabaleonis | Josephi. | Commentatio ad L. Juliam de Ambitu. Lipsiae. 1744. — — — — — —

XIII. Küster | Jo. Gottelobij. | Pro Summo Jure contra aequitatis defensores. Lipsiae. 1751. — — — —

XIV. Helfrich | Conradi. | De Inventario in genere. — — Marburgi Cattorum. 1701. — — — —


SCHEDIASMA
DE
MOLENDINIS
IN GENERE
ET
IN SPECIE POTISSIMVM
DE
BANNARIIS

Von Zwang = Mühlen


EDITVM
A
PETRO MVLLERO
I. V. D



VITEMBERGAE ET *LIPSIAE*
cIↄ Iↄ CC XLIX









Ξὺν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμᾳ!

SECTIO I

DE

ORTV MOLENDINORVM.

SVMMARIA.

I. *Vſus molarum, ſec. Ethnicos ſcriptores, non ſtatim producto genere humano, inualuit. Mortales primi ſponte natis terrae frugibus uictitarunt. Panis uſus neque hodie ubique terrarum obtinet.*

II. *Gentiles ſcriptores enumerant uarios auctores frumenti adinuenti. Frumento reperto, faſtidiebantur glandes. Panis hordeaceus primum coepit coqui.*

III. *Varii citantur auctores frumenti.*

IV. *Frumentorum ac molarum origo cum naſcente genere humano adoleſcens ex ſacris comprobatur.*

V. *Eadem uberius deducuntur.*

VI. VII. *Erroneae ſententiae de origine molarum refutantur. Multi praeclari ſcriptores pro fabulis putant; quae plerique ethnici de frugum molarumque ortu memoriae reliquerunt.*

VIII. *Hactenus tamen tantum ſermo fuit de molendinorum uerſatilium et truſatilium ortu.*

IX. *Molendina aquatica et pneumatica iam tempore Plinii, et ante Auguſtum, Imperatorem fabricari coeperunt.*

I Vſu

I



Vsum molarum, secundum Ethnicum historiae genium, non statim, condito genere humano, sumsisse originem, uerba Arnobii *lib. 2. aduers. gentes p. m. 521.* satis euincere uidentur. Mortales enim ueteres simplicissima uictus ratione contentos fuisse, ac plerosque tantum collectis herbis et campi sponte natis fructibus pecorumque lacte latrantem sedasse stomachum, Diodorus Siculus *lib. 1. rerum antiquarum c. 1.* memoriae prodidit. Quo cum idem sufflat cornu Latinorum Poëtarum Aquila *lib. 1. Georg.* ita succinens:

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quaerebant, ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.

Et Plinius, conditor ille historiarum diligentissimus, sua tempestate non paucas gentes glandibus, et quidem iuxta Arnob. *lib. 2.* ex cinere calido, necessitatem corporis solatas esse, *lib. 16.* affirmat. Consimili ratione nec hodie panis usum inter Tartaros receptum esse, testis est Aubanus *lib. 2. c. 10.* Scythas item ad Tanais ortum habitantes, ac Moscouiae Duci tributarios, hodienum nec agros aratro scindere, nec sulcis semina concredere, nec coquere panes, sed esu carnis ferinae ac piscium uitam sustentare, ex Aubani eiusdem *libro 3. cap. 10.* abunde constat.

II

Tempore tamen procedente, Diuina largiente clementia, atque inopia, plurimarum illa artium inuentrice, stimulante

lante frugum usus accepit initium, id quod, si gentilium scriptorum castra sequi fas esset, tribuendum uenit auctori Cereri siue Isidi Aegyptiacae, Osyridis uxori. Vide Plutarch. *in lib. de Iside et Osyride.* Et quod Athenienses primi reliquos edocuerint homines, quomodo humus aratris uertenda, atque in messem pinguiorem exercenda sit, quaque ratione sementa super cultam terram sint extendenda, Iustin. *lib. 2. c. 6.* Arnob. *lib. 8. p. m. 763. et seq.* retulerunt. Quorum sententiae Cicero in Oratione pro Flacco sequentibus accedit, quando: Ad sunt, inquit, Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, *fruges*, iura, leges ortae, atque in omnes terras distributae putantur. Frugum igitur, primumque sec. Plin. *lib. 18. c. 7.* hordei usu reperto, mox glandes ex cinere calido depromptae sordebant hominibus, frugesque, tanquam cibus magis conueniens, praeferebantur. Successu autem temporis panem ex hordeo fasti[illegible]e incipiebant delicatiores, eumque quadrupedibus seruisque solebant adponere, ceu memorat Franc. Mar. Grapald. *lib. 2. de part. aedium c. 11.* Panem uero bis furni calore tostum, quem Saxonia inferior Twiback, nostrates Zwiback adpellitant, in deliciis habitum fuisse, contendit Vinc. Contaren. *in lib. uar. lect. c. 19.*

III

Caeterum frumenta molendi artem non statim cum istorum inuentione, sed annis bene multis post excogitatam demum esse, Erasm. Roterodam. *Chiliad. 4. cent. 3. adag. 1.* demonstrat. Quis uero primae machinator molae laudandus sit, in contentione adhuc positum est. Interim tamen apud primos Romanos nullum obtinuisse molarum usum, sed farra tantummodo in furnis ope caloris torreri, et deinde pilis contundi sueuisse, ob Seruii testimonium *in*

 lib. 1.

lib.1. Aeneid. v. 184. in dubio non uerſatur. Plinius equidem Cereri primam molendi rationem, primumque panis uſum adſcribit *lib. 7. c.57.* Sed alii hoc in puncto ab eo diſcordant. Nam quod molendina cum modo molendi Myles quidam in Aleſia, Laconiae uico, uel Mylantii certe Dii apud Rhodios inuenerint, quodque Pilumnus, filius Iouis et piſtorum Deus, pinſere frumenta primus monſtrauerit, ſcribit Alexander Sardenſis *lib. 2 de rerum inuentione p. m. 52.* Rurſus Henricus Panthaleon *in tract. de Viris Illuſtribus parte 1. p.m. 38.* primordia artis molendi parandique panem uendicat Iſidi cuidam, Lybici Herculis matri, quam anno mundi 3345. (ſed iuxta Adonem Viennenſem A. M. 3797.) circa illa tempora, quibus Iſaacus gemellos, Eſauum et Iacobum, ex Rebecca ſuſcipiebat, aeuo ante χειροτονίαν 1854. anoſiſſimam uixiſſe mulierem, laudatasque artes docuiſſe, Pyrmenius Graſſarus *in Chronologia* aſſeuerat. Quibus accedit et alius non nemo, Iohannes Marius Belgicus *lib. 2. illuſtrat. Gallic. et Troian.* qui, interprete Gerardo Nouiomago, regnante, ait, Hercule Alemanno, undecimo Germanorum Rege, Iſidem Deam, Reginam Aegypti, in Germaniam ueniſſe, et rudem populum artem molendi, Pinſendi, panesque coquendi docuiſſe.

IV

Verum enim uero memoratarum in ſententiam nullam, ſi tramitem ueritatis calcare uelimus, nos ire poſſumus, ſed cum Hering. *de molend. qu. 2. n. 47.* panis originem aut ad prima mundi cunabula extendimus, aut eiusdem auctoritate, ſuper Polydori Virgilii relatione *lib. 3. c. 2.* ſeſe fulciente, aſſerere non ueremur, quod, quoniam gens Hebraea prima terrae culturam exercuit, ceu liquet ex Geneſ. *c. 4. v. 2.* quo loco Cainus primus audit ἐργαζόμενος τὴν γῆν, uti

uti LXX. Viri ſonant, et *c. 8. inf. et c. 9. v. 20.* ubi Noah poſt uniuerſalem illum cataclyſmum primus ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς ſalutatur, maxime ſit credibile, ab Hebraeorum filiis cum agriculturam, tum fruges repertas, tum molarum uſum in mundi partes deriuata eſſe.

V.

Diuinus namque Hiſtoriographus, Moſes, ſcriptor ille unanimi fere omnium confeſſione, ac praeprimis Euſebii *de praepar. Euangel. lib. 10. c. 3.* Iuſtini Martyr. *in Apologia 2. ad Antonin. Pium, Imperatorem*, et Philipp. Camerar. *Oper. Succiſ. Centur. 1. c. 97.* demonſtratione, omnium omnino antiquiſſimus, *Gen. 14. v. 18.* refert, a Melchiſedeco ſiue Semo, Noae filio, Abrahamo eiusque comitatui militari panem adpoſitum fuiſſe; et iterum *c. 18. Gen. v. 6.* commemorat, eundem Abrahamum, conſpecto IEHOVAH in ſilua quercica, imperaſſe coniugi ſuae, Sarae, ut *tres modios farinae puriſſimae aqua ſubigeret*, atque placentas formaret: Quam farinae ſpeciem LXX. Interpretes σεμιδάλεα, ſimilaginem, florem farinae triticeae adpellitant. Fieri autem uix ac ne uix quidem potuiſſet, ut absque molarum beneficio frumenta in tam ſubtiliſſimum puluerem conuertiſſent, cum alias piſtillo tantam uictus copiam parare haut ualuerint. Quid? quod ipſius molae expreſſam mentionem facit Moſes *Exod. c. 11. v. 5.* ubi Graeca uerſio ita: Καὶ τελευτήσει πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου, ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ, ὃς κάθηται ἐπὶ θρόνου, καὶ ἕως τοῦ πρωτοτόκου τῆς θεραπαίνης τῆς παρὰ τὸ μύλον, et morietur etc. quae eſt ad molam. Sic *Num. 11. u. 8. et Deut. 24. u. 6.* mentionem Moſes iniicit uocum: רֵחַיִם שְׁכֵב τοῦ μύλου καὶ ἐπιμυλίου, metae et catilli, uti loquitur *l. 18. ff. 5. de Inſtruct. et Inſtrum.* et uertente D. Hieronymo, inferioris et ſuperioris molaris.

VI

Tota igitur re aberrauit citatus Gaſſarus, quando A. O. C. 3345. Iſidem demum excogitaſſe molendi artificium, tradere non erubuit, cum tamen iam aetate Iſraelitici ex Aegypto exitus, qui, ſupputante Chronologia Funcciana incidit in annum mundi 2454. molarum uſus fuerit cognitus.

VII

Reliquorum quod attinet teſtimonia auctorum, ueritati ſententiae noſtrae reclamantium, reſponſum damus ad eadem, quod lis ratione definiti temporis inter iſtos antagoniſtas noſtros prius ſit dirimenda, quam fides ipſis tuto poſſit haberi. Id quod dubio procul inter alia ſimul commouit quosdam non ultimae caueae auctores, Arnobium puta, Iulium Hygium, Freculphum Adonem, Seruium, alios, ut lepidis fabulis annumerarent ea omnia, quae aduerſarii noſtri ſuperius citati de molarum ortu reliquerunt.

IIX

Sed haec de molarum ſaltim uerſatilium et truſatilium uſu dicta ſunto.

IX

Quis porro iſtorum molendinorum, quae ad decurrentis impetum aquae, nec non eorum, quorum alae uentis in gyrum agitatae, conterendo deſeruiunt frumento, inuentor ſit depraedicandus, nullus, quod ſciam, idoneus ſcriptor literis conſignauit. Ea uero non adeo recentem traxiſſe originem, ceu Caluinus in Lexico Iur. Imperatori Iuſtiniano illam aſſignans, nequicquam opinatur; ſed longe pluribus abhinc ſeculis non incognita fuiſſe, teſtis eſt Plinius *lib. 18. c. 10.* ubi mentionem facit rotarum, quas ad molendi

lendi utilitatem aqua obiter uersaret. Et Pomponius Sabinus, usum, ait, molarum ad manum in Cappadocia inuentum, inde inuentum usum earum ad uentum et ad equos, imo paulo ante Augustum molas aquarias aquis actas Romae in Tyberi primum factas. De caetero in Corpore iuris ciuilis nostri primam molae aquariae mentionem facit *in l. 10. lib. 11. C. de aquae ductu* Imperator Zeno, qui anno recuperatae Salutis 480. imperii gubernacula coepit tractare. Sed breuibus hisce pertextis, abrumpamus nunc filum historicum, et uiscera rei penitius inspiciamus. Succedat ergo

SECTIO II

DE

ETYMOLOGIA, SYNONYMIA, HOMONYMIA, DESCRIPTIONE, VARIISQVE MOLENDINORVM DIVISIONIBVS.

SVMMARIA.

I. Etymologia uocis: molendinum.
II. Synonymia eiusdem, et differentia inter molam et molendinum.
III. Homonymia.
IV. Descriptio molendini.
V. Fontes discernendi molas in genere.
VI. Variae species molendinorum, a forma eorundem productae, ubi quid pistrinum proprie, et quid pilum, n. 1. subnectitur.
VII. Diuersae species molarum, a rebus contundendis sic denominatarum.
VIII. Distinctio moletrinarum ab usu earundem deprompta.

I Vo-

I

Vocem Molendinum (quam penultima producta, iudicio D. Strauchii in Berytho, eloquendam esse, obiter attexere liceat) secundum Varronem *lib. 4. de Lingua Lat.* a uerbo: molo; uel iuxta Isidorum *lib. 20. Etymol. c. 8.* a malo, pro genere pomorum rotundiori accepto, ob Figuram molarium et rotarum rotundam; uel ex mente Iosephi Scaligeri, a molliendo, quoniam eius motu fruges quasi molliuntur; uel denique a uocab. Graec. μύλος seu μύλη aut μόλη, (quod postremum Euripidis stylus formauit,) est deductum: Quae deriuatio tamen ultima reliquis palmam praeripere omnibus uidetur.

II

Dicitur et *mola*, it. *moletrina*. Inter laudata tamen molendinum et mola, uocabula hoc intercedere discriminis, quod illud, accurate loquendo, integrum denotet aedificium, in quo fabrica ipsius molae sita est, tradit Hering. de molend. *qu. 3.* Teutonico sono, et quidem Saxoniae superioris, effertur: Mühle; inferioris uero Mole.

III

Habetur caeterum et hoc uocabuli in numero τῶν πολλαχῶς λεγομένων, et significat quandoque primo Os aut maxillam hominis uel bruti, quoniam dentes lapidum molarium uice inibi defunguntur. Deinde accipitur pro horrendis in illo Varronis: Grunnit lepido lacte satur, *mola* mactatus porcus, i. e. hordeo saginam uentris indeptus. Tertio sumitur pro infimo ministerio, ceu innuere uidetur locus *Ies. 47. u. 2.* ubi minitans Propheta sic in superbiam Babylonis inuehitur: Tolle molam et mole farinam, denuda turpitudinem tuam. Porro usurpatur etiam pro laetitia et rerum ἀνταρκεία, secund. illud Apocal.

c. 18.

c. 18. u. 22. καὶ Φωνὴ μύλου, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι, uox *molae* non audietur in te amplius. Vlterius uox *mola* ſumitur et pro farre toſto, mola contrito ac ſale conſperſo, quae permiſta hoſtiis olim adſpergere ſueuerant. Quo ſignificatu Virgil. uſurpat Ecloga 9.

Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros.

Et Horat. lib. 3. carmin. Od. 23.

Mollibit aduerſos Penates
Farre pio, et ſaliente mica.

Quam ſalis conſperſionem a gente Iudaica, quae in oblatione omni ſalis condimentum ex IEHOVAE iuſſu *Leuit. 2. v. 13. Num. 18. v. 19. Ezech. 43. v. 24.* addere tenebantur, ad ſtultos gentiles, ueri cultus diuini ſimias, permanaſſe, facillima aſſequi licet coniectura. Poſtea denotat quoque maſſam carnis informem uitaeque expertem, citra maris congreſſum in matrice mulieris enatam. Videatur Plin. *lib. 10. c. 64.* Denique uocabulum molae (ſed prius, rogo, procul hinc, procul eſte profani; caſtis auribus, praefata tamen uenia, fabulam narramus) adplicatum rei obſcenae ſignificandae, ceu locus indicat Varronis in Satyris: Molit etc. Quorſum Horatius etiam collineat *lib. 1. ſerm. ſatyra 2.*

. . . Aequum eſt, -- non alienas
Permolere uxores. . . .

Sic Henricus Salmuth in notis ad Pancirollum *lib. 2. c. 22.* in f. illas a Iobo *cap. 31. v. 10.* miſſas preces Thyeſteas: *Molat alteri uxor*, ſecundum obſcenam iſtam uocis: mola, ſignificationem interpretatus eſt, et Theologorum illuminatiſſimus, B. Lutherus, integrum uerſum 10. citatum ita Germanice reddidit: So müſſe mein Weib von einem andern geſchändet werden, und andere müſſen ſie beſchlaffen. Et forſan, acu rem quis tetigerit, ſi dictum illud *Threnod.*

c. 5. v. 13. eodem ſenſu eſſe capiendum, cum laudatiſſimis quibusdam Auctoribus arbitretur.

I V

Sed ne iuſto longiores ſimus, ſequatur demum Molendini deſcriptio. Eſt autem illud, delineante Heringio, *Machina uel opus quoddam, ex duobus molaribus ſibi inuicem impoſitis, et rotis quibusdam dentatis agitabilibus, iisque uel ligneis uel ferreis, praecipue conſtans, in quo ad humanae operae, iumentorum, uenti uel aquae incitationem ſiue circinationem, prorſus inſtabili machinarum uertigine, frumenta arida, item polenta, ſeminaque deſuper iniecta, uel lente incidentia per mutuam molarium colliſionem ſiue confricationem in tenuiſſimam farinam maſſamue comminuuntur et conteruntur: Quaedam quoque res peculiari modo et inſtrumento pro uarietate molarum expoliuntur, acuuntur et diſſecantur.*

V

Diſcrimina molarum depromuntur uel ab ipſarum forma, uel a rebus contuſis, aut denique ab ipſo utendi modo.

V I

Ratione formae diſpeſcuntur (1) *in molas manuarias,* Hand-Mühlen, inde nomen ſortitas, quod manu agerentur in gyrum *l. 26. ſ. 1. ff. de inſtruct. et inſtrum. leg.* Quae molae uocantur etiam *truſatiles et uerſatiles*, quoniam iſtarum ſubſidio agilitas manuum et robur trudendo uertendoque fruges olim conterebat. Ab hoc molarum genere diuerſa eſt illa officina, quae ueteribus uſitata piſtrini nomine ueniebat, *Cato apud Nonium c. 1. n. 320.* et erat ille ipſe locus, in quo farina quondam parabatur, adpellationem habens a pinſendo, quod ante excogitatam molendino-

dinorum machinam frumenta ibidem pilo comminuerentur, et torrida tunderentur. Id quod Seru. *ad lib. 1. Aeneid. v. 184. torrebantur*, inquiens, *olim fruges in pilis, et pinsebantur, neque molebantur*, expresse annotauit. Pila autem nihil erant aliud, quam uasa concaua, in quibus antiquae gentes pinsebant frumenta arida et calore fornacis tosta, ein Trog oder Gefäß, darinnen man etwas zerstößt, ein Mörsel. Faber Buchner V. Pila. Vnde coeperunt esse Fornacalia sacra, quae iuxta fornace in pistrino exstructa celebrari solebant pro salute farris, quod tostum ibi procurabant, ceu memorat Flau. Blond. *lib. 1. de Rom. Triumph.* et Forcat. *in pen. iur. ciuil. c. 6. sub. f.* Quamuis successu temporis, re prorsus etiam immutata, pistrini nomen remanserit illi quoque loco, in quo mola uersatili terebatur frumentum, uel machinis, seruorum iumentorumque opera circumactis, comminuebatur. Cuiusmodi in pistrina detrudere solebant seruos delinquentes ut per omne uitae spatium molas illic circumagere coacti, poenas nequitiae debitas luerent: Qui proinde molarum praesepia atque asini uocabantur. *Rosin. lib. 1. Antiq. c. 14. in paralipom.* (2) *Iumentarias*, quae iumentis, asinis puta et equis circumagebantur, Germanis Roß-Mühlen nuncupatae, cuius speciei meminit Saluator noster *Matth. c. 18 v. 6.* nominans eam μύλον ὀνικὸν, et *Marci c. 9. v 42.* ubi λίθος μυλικὸς adpellitatur. Ac refert B. Hieronymus, a uetere gente Iudaica in supplicii locum receptum fuisse, ut delinquentibus suspenso e ceruice molari, et in aquas altissimas detrusis miseram uitam per summum dedecus eripuerint, sicut moribus temporum suorum receptum esse asserit, ut homines grauioribus delictis notatissimi, qui omnimoda indigni sepultura iudicarentur, in flumen solerent praecipites dari, quo coelum illis, Sol, terra adimerentur. De reliquo iumentariarum quoque mentio

iniicitur *l. cit. 26. ff. 1. de instruct. et instrum. legat.* usumque earum in arcibus, propugnaculis atque obsidionibus hodienum prodesse, testatur Froſſard. *lib. 1. histor. c. 207.* (3) Diuiduntur in *alatas* siue uentis agitatas, quas capit. ex transmissa *23. x.* de decimis molendina ad uentum uocat, et ab aliis molendina uolatica, it. uentilaria dicuntur, Graecis πνευματικαὶ; Germanis Wind-Mühlen dictae. Et sunt illae, quibus ad circinationem alarum uento agitarum frumenta conteruntur; uel, ut *Francisc. Baconde Verulam. hist. uent.* *effert*, in quibus uenti ad molendum ueluti operarii sunt conducti. (4) *Aquaticas* siue *aquarias*, quarum rotae uel decurrentis fluminis impetu inferne circumuoluuntur, uel superne uiolentia aquae ex canalibus deductae gyrantur. Teutonicis uocibus: **Unter- und über-schlächtige Wasser-Mühlen.** (5) Denique in *nauales*, seu *molendina naualia*, Schiff-Mühlen, quae more modoque nauium funibus ad anchoras aut palos alligata, supernatant fluentis, atque ad nutum fere hominis die nocteque operantur.

IIX

Respectu rerum contusarum in uarias iterum molae distermінantur species, quales sunt (a) *molae oleariae* seu *oliuariae*, ceu uocantur a Pomponio in *l. 21. ff. de instruct. et instrum. leg.* quas Vlpianus *l. 19. ff. 2. trapeta*, ἀπὸ τοῦ τρέπειν, iuxta Seru. *ad lib. 2. Georg.* adpellat. Graiorum lingua: μύλοι ἐλαιῶν; Teutonum uero: **Oel-Mühlen**, quas uetustate admodum praecellere, uel ex uno Iobi dicto *c. 24. v. 11.* satis liquet: Ibi enim tyrannorum mores sequentibus scilicet collaudat uerbis: **Sie zwingen sie, Oel zu machen auf ihrer eigenen Mühlen, und ihre eigene Kelter zu treten, und lassen sie doch Durst leiden.** Talibus his in molendinis ex nucibus et seminibus oleum in nocturna lumi-

lumina, aliasque hominum utilitates solent exprimere. (b) *Molae serratoriae*, Stein-Bret-und Sege-Mühlen, quarum adminiculo intractabiles etiam lapides ac trunci durissimi, gementibus sursum deorsum salientium serrarum dentibus, atque ad circumducti mediante rota dentata cylindri impulsum adorientibus, in tabulas uel maxime tenues partiuntur. Quem serrae genium Caelius Symphosius *aenigm. 60.* graphyce delineauit sequentibus uersiculis:

Dentibus innumeris toto sum corpore plena,
Frondi comam subolem morsu depascor acuto,
Mando tamen frustra, quia respuo praemia dentis.

(c) Molae *terebratoriae*, Bohr-Mühlen, quibus operantibus arbores in usum canalium exterebrantur. (d) Molae *politoriae* et *acuminantes*, Polier- und Schleiff-Mühlen, quarum subsidio cultris, gladiis, securibus aliisque ex ferro instrumentis non acies tantum inducitur, sed et iisdem iuxta cum lapidibus pretiosis nitor quidam solet conciliari. (e) Molae *fulloniae seu pannariae*, Walck-Mühlen, quarum in officina panni recenter texti et rudes, adspersa aqua calida, contunduntur, et feliciori hominum usui praeparantur. (f) Adparent quandoque *molae quaedam, a pulueris pyrii seu tormentarii praeparatione Germanis dictae* Pulver-Mühlen, in quibus auxilio ferratorum pistillorum, uento uel aquis incitatorum, ex sulphure, sale petrae et carbonibus, ex tiliis combustis relictis, massa quaedam, adsperso uino, Zytho caustico uel aqua conficitur, quae posteaquam rursus arida facta, in puluerem istum pyrium, artis opera, transformatur. Quo pulueris genere globisque uariae magnitudinis tormenta bellica (quorum primum, Teutonicas ad manus quod peruenit, a Venetis, apud Clodiam fossam Genuenses obsi-

dentibus, in munus Germanis missum esse, annotauit Raphael Volaterranus *lib. 30. Commer. t. p. m. 356.*) solent onerari, quae accenso illo, horrendo cum fragore hoc euomunt, qui, quocunque inuadunt, cuncta perrumpunt, disturbant, demoliuntur. (g) Iuxta metallifodinas in primis conspiciuntur molae *contusoriae*, **Ertz-Mühlen, Stampf-Mühlen oder Bochwerck**, ubi lapides aeris incocti maculis rutilantes, terrae uisceribus excisi ante permoluntur, quam ui ignis purior massa a scoreis separetur. Quo referri queunt et illa molendina, quibus aera ignibus candentia mallei praegrandis et incudis maioris instruminibus in laminas extenduntur, Germanico idiomate **Kupffer-Mühlen** dictae: it. Molae illae, quae ferro in baculos cogendo, nec non filis ex hoc, sicut et ex orichalco ducendis inseruiunt, Germ. **Eisen-Hammer und Draht-Mühlen.** (h) Offerunt se nobis molae *papyraceae* seu *chartariae*, Germ. **Papier-Mühlen**, ubi pistilla plurima rotis aqua impulsis perpete quasi certamine sublata, et alternis uicibus depressa, detritas linteariі panni reliquias, admixta aqua, contundunt, atque in massam pulti consimilem conterunt, ex qua amplissimae utilitatis chartae postmodum finguntur. Equidem apud ueteres Aegyptios, uti Philantinus, *in tract. de papyro* refert, papyrus fuit planta, in quam diuisam scribere sepia assolebant; sed hodie chartam quoque nostram nos papyri nomine insignimus, quoniam eundem nobis confert usum, quem Aegyptiis olim papyrus praestabat. Rerum namque primordio, ceu Philippus Mornaeus *de ueritate religionis Christianae* fere differit, in arborum foliis ac corticibus, deinde in tabellis plumbeis cereisque, hinc in papyro, postea in pergamena literas facere solitum est, donec tandem charta nostra uulgaris est adinuenta. (i) Denique subiungere placet et illam molae speciem, qua aquae plu-

uiae

uiae et niuales, in camporum planitie non ſine detrimento exſuperantes emoliuntur, idque tam felici ſucceſſu, ut nec mola hauſtoria ulla promptius aut penitius queant exhauriri. Germ. Waſſer-Mühlen, quales paſſim in Belgio obuenire dicuntur. Et memorat D. Gryphiander *tract. de ſingul. c. 20. n. 96. & c. 28. n. 17. 20. 24.* quod Hollandi lacum Bimſterianum, inter urbes Enchuſam Hornamque ſitum, ad duorum inter capedinem milliarium, dum aquam talibus molendinis rotauerint in mare, adeo ſiccum effecerint, ut ubi antea nauibus, nunc curribus eatur.

IX

Ad ultimum cito nunc pede aggredimur tertiam molas diſcriminandi rationem, qua ipſo a molendi uſu diſtinguuntur eaedem in *publicas et priuatas.* Quem diſtinctionis modum nec priſcis Romanis fuiſſe incognitum, patet ex *Notitia de 14. regionibus Vrb. Conſtantinopol.* ubi piſtrina Romae in publica et priuata diuiſa fuiſſe aſſeritur. Sunt autem publica molendina illa, quorum reditus fiſco reſeruantur; priuata uero, priuatis quorum cedit emolumentum. Aliquando enim priuatus quilibet, quauis deſtitutus iuriſdictione, molendinum ualebat in uſum proprium exſtruere, cuius poſtmodum uicinos gratos uel precario, uel certa pro mercede participabat. Vnde et molendinum eligendi libera adhuc uigebat ubique facultas, qua de uerba faciet ſequens.

SECTIO

SECTIO III
DE
LIBERTATE EVNDI AD MOLENDINA.

SVMMARIA.

I. *Quo sensu homo natura liber.*

II. *Definitio rerum merae facultatis.*

III. *Diuisio earundem, et explicatio membrorum diuidentium.*

IV. *Potestas adeundi molendina recte accensetur rebus merae facultatis.*

V. *Et competit iure naturae in sensu negante tali,*

VI. *Cuiuis homini.*

VII. *uersaturque inprimis circa omnis generis frumenta et molas quascunque.*

VIII. *Atque consistit in morali indifferentia ratione molendinorum uisitandorum.*

IX. *Ac progignit denique uarios effectus, ibi recensitos, nec potest praescribi, ne quidem lapsu temporis hominis memoriam excedente.*

X. *Molitor pollet iure frumenta ad suam moletrinam, et quidem molendi causa, asinis molaribus et uehiculis undique aduehere.*

XI. *Id quod probatur praeiudiciis.*

XII. *In dubio sententiae fertur, quod quis mero ex uoluntatis arbitrio semper certum aliquod frequentauerit molendinum.*

XIII. *An quiuis priuatus sine magistratus consensu possit sibi extruere moletrinam? Vbi simul propter molas aquaticas distinctio fluminum additur.*

XIV. *Affirmatur data quaestio in ordine ad flumen priuatum.*

XV. *Tametsi noua mola uicinae reditus minuantur.*

XVI. *modo ne aedificetur ad aemulationem*

XVII. *nec iuri alicui publico aut priuato, per impetuosam aquarum emissionem aut indecentem detractionem derogetur.*

XIIX. *nec caeterum immutatione cursus aequarum alteri noceatur.*

XIX. *nec Viri eruditione clari, aut etiam Studiosi in Academia degentis studia strepitu turbentur molendinario.*

XX. *nec*

XX. nec consuetudine, uel etiam ob rationes praegnantes lege aliqua contrarium sit introductum.

XXI. Pater tamen famil. pro sua familia, etiamsi bannum molendinarium ad domini solum molendina accedere iubeat, moletrinam licite potest aedificare.

XXII. Iure communi in publico sine superiorum permissu exstruere molam, nemo interdicitur priuatus, secus moribus hodiernis.

XXIII. Reliquis praeter iam memoratas aquaticas moletrinis, prudenti iudicio, iura hactenus tradita accommodari queunt.

XXIV. In Saxonia nostra nemo, sine Magistratus consensu, neque publico, neque priuato in loco molam facere ius habet.

XXV. Distantia molarum mensuranda secundum lapsum fluminis.

XXVI. Dominus feudi prohibens primo aedificare in fundo feudali moletrinam, et postea quoduis ibidem exstruere concedens, non praesumendus est concessisse simul molam exstruendi facultatem.

XXVII. Molendinum ex uno loco in alium transferre haud licet.

XXVIII. Mola olearia instrumentariam licite conuertitur.

XXIX. Molendino reaedificato competunt pristina iura, si rudera destructi superfuerunt: Secus si nulla relicta fuere, nec intra annum refectio maturata est ubi et Brederodii uerba citantur.

XXX. Nemo potest, reclamitante domino, ex eius canale deriuare aquam ad molendinum proprium.

XXXI. Quibus conditionibus positis superioris molendini possessor aquam cum detrimento inferioris gurgitare possit.

XXXII. Quandoque dominus molae aggerem alterius, inuito eo, ad propriae usum moletrinae potest reficere.

XXXIII. et seqq. usque ad thes. XXXVII. inclus. Vtrum molendina rebus immobilibus, an uero mobilibus sint accensenda.

XXXIIX. usque ad f. Iura rerum mobilium alia sunt a iuribus immobilium.

I

Naturae beneficio donari hominem libertate, iuris religiosissimus Imperator noster *§. 1. Inst. de iure person.* inter caeteros comprobauit. Quod tamen assertum, docente Grotio in comparabili, *lib. 2. c. 22. §. 11. de I. B. et P.* non

exau-

exaudiendum uenit de ea libertatis ſpecie, quae κατ' ἐναντιότητα talis eſſe perhibetur, qualemque, ſi per conditionem humanam deperditam fieri poſſet, is iactare haberet, qui a Regina Natura tali praeditus eſſet priuilegio, ut nullis unquam uiribus humanis redigi poſſet in ſeruitutem: Qua certe ratione nemo homo liber nuncupari poteſtur. Hucque conſonat iſtud Albutii, qui hoc ſenſu, neminem, ait, natum eſſe liberum, ſeruum neminem. Sed nobis hic ſermo habetur de illo libertatis genere, quod κατὰ σέρησιν tale ſueuit adpellari, atque in eo eſt, quod quis ipſo ſeruili in ſtatu natura minime uerſetur. Naturae autem uerbo hic eloquimur ius naturae, iſtudque non quidem in campo ſuo latiſſimo conſideratum, ſed ſaltim humano in quantum prius eſt facto omni.

II

Dictae uero libertatis portionem abſoluunt res merae facultatis, quae, definitore Magnifico Domino Struuio, *in Synt. Iur. civ. Ex. 43. th. 22. n. 3.* ſunt actus a mero alicuius arbitrio dependentes, et ex libertate naturali, uel gentium uniuerſitatisue iure communes, quorum proinde exercitium omiſſioue alteri nullum ius tribuit, et exercenti omittentiue non praeiudicat.

III

Diſpeſci amant haec iura facultatis communiter in ea, quae conſiſtunt in facultate publica, atque illa, quae in priuata continentur. Weſenbec. *Conſ. 2. n. 94. part. 1.* Prioris dicuntur ordinis eſſe, quae a publica proficiſcuntur poteſtate, qualia ſunt facultates publicos exercendi regiminis actus, Knichen *de iure territor. cap. 3. n. 229.* Poſterio-

ſteriori uero ſerie ea compraehenduntur, quae priuato ſocietatis membro iure priuati competunt, et circa priuatam de rebus propriis ac priuatis oeconomiam occupantur, citra tamen ullius uinculum obligationis, u. c. per ſuum ambulare fundum, uel non ambulare; in hortis ſuis poma inſerere, aut ſecus facere. Vide Menoch. *Conſ. 201. n. 62.*

IV

Et his poſterioris commatis merae facultatis rebus recte cum Boer. *deciſ. 124.* accenſemus eundi ad molendina libertatem. Non enim minus, quam reliqua facultatis iura competit affirmatiue et negatiue ex uoluntate eius, cui competit, adeo, ut utroque modo ſua quis utatur facultate. Dicit autem libertas illa nihil aliud, quam facultatem, qua quoduis in molendinum frumenta ſua molendi gratia deportare, natura largiente, in cuiusuis ſitum eſt arbitrio.

V

Enata uero eſt haec libertas ex indultu iuris naturae, non equidem certe in ſenſu *principe et aiente* talis, quod H. Grotii uerbis *l. 1. c. 1. ſ. 10. de I. B. et P.* eſt dictatum rectae rationis, indicans actui alicui, ex eius conuenientia aut diſconuenientia cum ipſa natura rationali, ineſſe moralem turpitudinem aut neceſſitatem (intellige honeſtatem) moralem; ſed eius cenſus ex iure naturali, quod in ſignificatu minus proprio, et ſecundum laudatiſſimum H. Grot. in ſenſu *negante* iuris mereri nomen dicitur. Quo improprio loquendi modo omne id, quod iuri naturali arctius ſic dicto non repugnat, iuris eſſe naturalis Guil. Grot. *de princ. iur. natur. c. 2. ſ. 1.* tradit.

V I

Data porro eſt haec molam eligendi poteſtas cuiuis ex genere humano, haut aliter, atque res aliae merae facultatis omnes. Modeſt. Piſt. *p. 1. qu. 36. n. 1.*

V I I

Occupata illa eſt circa quaeuis Cereris munera, ac molam quamcunque, ſiue iumentorum, uentorum aut fluminum, horumque uel publicorum uel priuatorum miniſterio rotetur.

I I X

Caeterum quia formae tanquam eſſentialis cuiusdam requiſiti, in quolibet actu non ultima eſt habenda ratio, ordo nunc ſibi uendicat, ut uerborum non nihil de ea faciamus. Eſt autem illa per hoc, quod integrum alicui relictum eſt accedere pinſendi cauſa molendinum, iſtudue penitus deſerere; recipere ſe hoc illoue temporis articulo in hanc illamue molam, ut contra facere, ſalua iuſtitiae ſtatera, perinde ſit. Quae ἐξουσία tamen, ſi efficaciam ſortiri debeat, ſemper completam ſupponit δύναμιν, ſeu libertatem Phyſicam completam, eamque non circa actus tantum uoluntatis, ceu uocant, elicitos, ſed imperatos quoque; quandoquidem illa ſine hac, tametſi haec citra illam, in actum deduci nequit. Sed ita ὡς ἐν παρόδῳ.

I X

Producit haec libertas effectus uarios, quos inter illuſtriores audiunt *negatio* primo *obligationis*, certum aliquod ac determinatum ſtato tempore ſequi molendinum, aut iſtud negligere adſtringentis, *arg. l. 88. ʃ. 5. ff. de legatis 2.*

tis 2. l. 15. pr. de precar. *Actionis* deinde ex obligationis nexu alias promanantis *carentia;* nec non et tertio *exceptionis priuatio, arg. l. 26. ff. de damn. inf. et l. 21. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Fieri enim per naturam istius libertatis nequit, ut actus pariat necessitate legali circumscriptos: Qua namque indole agit causa, eam simul effecta hinc orta trahunt; et pugnant inuicem potestas aliquid libere faciendi, idemque committendi aut omittendi necessitas, *l. 40. de iudic.* ibique Baldus. Sunt igitur actus istius libertatis in mero adhuc hominis arbitrio relicti, et hoc respectu in nondum existentium numerum transscribendi, atque consequenter nulla datur istorum praescriptio *l. 2. ff. de uia publ.* Mynsing. *resp. 32.* Gail. *lib. 2. obs. 13.* Haec quippe possessionem uel quasi praerequirit *l. 25. de usucap. c. 3. de R. I. in 6.* Non entis uero nulla datur possessio, cum istius nulla sint praedicata praesentis temporis et intrinsece, ut Philosophorum phrasis habet, denominantia. Quibus rationibus extra omnem dubietatis aleam natales debet trita illa ICtorum regula, quae ex eo, quod iura facultatis (quibus libertatem eundi ad molendina superius annumerauimus) non utendo neutiquam amittuntur, consimili ratione nec illis ulla unquam temporis intercapedine praescribi, concludit. Conferatur D. Gryphiander *tr. de insulis c. 25. n. 68. et seqq.* Licet etiam tales actus uel infinitis uicibus repetiti fuerint, Bald. *ad l. 1. n. 10. C. de seru. et aqu.* Trentacinqu. *de Seruit. res. 1. n. 6.* Wesenb. *Cons. 45. n. 5.* Wehner *in Obseru. pract. uerb.* Mühlen; et per longum aut longissimum tempus continuati, Thoming. *Cons. 17. n. 65. seqq.* Schrad. *de iure in corp. ß. 14.* Bocerus *de Regal. c. 2. n. 174. et seqq.* Knichen *de iure superior. c. 3. n. 207.* Quin eo usque hoc procedit, ut ne quidem tanto temporis decursu, cuius initium homo superstes

memoria repetere nequit, haec libertas actuum praescriptioni fiat obnoxia, Matth. de Afflict. *decis. 388.* Casp. Klock *de aerario lib. 2. c. 8. n. 29.* Hering. *de molend. qu. 11. n. 98. et 99.* Meu. *part. 1. decis. 60.* Arnold. de Reyer. *Thes. practic. iur. sub voc. molendinum n. 8.* Kiok *uol. 1. cons. 18. n. 35.* qui postremus expresse, molitori, inquit, ex uniformi mille etiam annorum usu nullum ius acquiri: imo nec ipsi domino territoriali, ad hunc si molendinum pertineat, inde ius aliquod parari, tradunt Goed. *cons. 2. n 9. uol. 7.* Schurff. *cons. 29. n. 10. cent. 2.* Ioh. Köppen *p. 1. qu. 19. n. 5. et 6.* Oldenb. *de quatuor elementis iur. tit. 3. §. 87. p. m. 256.* Hering. *de molend. qu. 11. n. 66. et seqq.* Schneidevv. *in Epit. feud. parte 2. n. 83. et seqq.* Knichen *de iure territ. c. 3. n. 121. et seq. it. n. 130.* Frid. Mindanus *lib. 2. de mand. iud. c. 38. n. 3.* Neque enim per talem molendini uisitationem adparet, quod quis iuri suo eadem praeiudicare uoluerit, cum sic utatur facultate sibi concessa, Abb. *in c. Abb. S. Sylu. n. 9. de V. S.* neque praesumi potest, quod semet obligandi animo domini molendinum frequentauerit, Menoch. *de praesumpt. qu. 20. n. 7.* Notum autem est, quod actus nostri haut operentur ulterius quam uoluntate nostra et intentione ferimur, *l. 47. §. 1. de pact. l. 19. pr. de reb. cred. l. 3. §. 1. de O. et. A.* Balb. *de praescript. 4. p. 5. pr. qu. 5.* Wesenb. *Cons. 67. in f. v. 2.* Rosenthal. *c. 5. Conclus. 26. n. 1.* Nec facit quicquam in contrarium, quod alias immemorialis temporis lapsus ipse titulum conciliat, Mynſ. *1. obs. 30. et concl. 32.* Hoc enim ualet in iis tantum, quae simpliciter, nulla superueniente prohibitione, acquirimus, aliter uero comparata sunt illa, quae mero a uoluntatis arbitrio dependent, ac per non usum hautquaquam amittuntur, Thessaurus *decis. 16. n. 3. et seq.*

X

Vnde simul in promptu est, molitorem etiam quemuis, quorumuis aliorum frumenta, naturalis iuuante liberta-

bertatis largitate, asinis molaribus aut uehiculis suum in molendinum aduecta procurare iure meritoque posse. Vide Henr. Bocerum *in tract. de regal. c. 2. n. 182.* it. Hering. *de mol. d. qu. 11. n. 66. et seqq.* Qui enim ius habet ad finem, is non priuandus est mediis ad finem determinatis, necessitas namque finis ius facit in moralibus, ceu summus Grotius docet *lib. 2. c. 5. §. 24. n. 2. de I. B. et P.* Et rem licitam exitu defraudare, in Moralistarum acroateriis *ἀδύνατόν τι* reputatur, idem Grot. *d. l. 2. c. 16. §. 1. n. 1.* Qui *lib. 3. c. 1. §. 2. n. 1.* hunc quoque in modum infit: Ea quae ad finem ducunt in morali materia, aestimationem intrinsecam accipiunt ab ipso fine: quare quae ad finem iuris consequendi sunt necessaria, necessitate sumpta non secundum Physicam subtilitatem, sed moraliter, ad ea ius habere intelligimur. At uero nemo, nisi qui cerebrum in caicancògerit, infitias ibit, molitorem suo sibi iure uindicare molendi facultatem, ergo nequaquam arcendus est a tali medio, maxime cum rariores frequentent homines illa molendina, ad quae suis frumenta sumptibus aliunde adportare necessum habent, legitimo nisi uinculo ista praecise adire adstringantur.

XI

Quam conclusionem nostram in Dicasteriis quoque Illustribus locum sortiri, documentum nobis dat sententia nomine Serenissimi DVCIS SAXO-ISENACENSIS prolata, atque ab Amplissimo Domino SEROTINO, Patrono ac Euergeta meo summa obseruantia Colendo, in aduocati sui Teutonici (qui prela adhuc fatigans, breuibus emensis hebdomadibus, lucem visurus est publicam) Praxin oder Versuch- und Ubung eines Advocaten vor Gerichte, sub finem actionis ex interd. Vti

possi-

possidetis, p. 401. congesta, sequendi complexa habetur oratione: In Sachen Thomas Wackers, Klägers an einem, entgegen und wieder die sämtliche Mahl-Müller zu Schönfeld, Beklagte, am andern Theil, erkennen von Gottes Gnaden Wir &c. &c. auf eingeholten Rath der Rechtsgelehrten für recht:

Daß Kläger die in actis angegebene possession uel quasi der Abholung der Mahl-Frucht aus dem Dorf Hußeck nach Nothdurft erwiesen, und dahero so lange darbey zu schützen sey, bis Beklagte im petitorio eine absonderliche Freyheit oder Rechts-verwehrte Gewohnheit, ihme solches zu verwehren, rechtlicher Gebühr nach, wie sie schuldig, darthun und erweisen. Als wir ihn dann hiermit so lange darbey mainteniren und schützen, die aufgelaufenen Gerichts-Kosten aber, aus bewegenden Ursachen, gegeneinander compensiren und vergleichen V. R. W. Ita cum paucis retro annis, dominium quis molendini, a ciuitate quadam non ita longe dissiti, iure emptionis esset consecutus, et competente coram iudice querelam moueret, quod licet priores molendini istius possessores, nemine unquam homine in aduersum nitente, frequentauerint in uicinam equos cum uehiculo mittere urbem, ut frumenta inde ad molendinum suum molendi gratia aducherent, illo ipso tamen hautquaquam ponderato, nihilo iam secius molitores adiacentis urbis eo audaciae progredi, ut liberrimo hoc in exercitio ipsum impedire non reuereantur: Hinc calcar ipsi adhibitum esse, precaretur nobilissimum iudicium defensionem possessionis suae, ab antecessoribus iusto titulo impetratae, usque dum molitores iustitiam praecipitis conatus sui edocerent; Scabinatus Lipsiensis sententiam rogatus, M. Aug. Anno 1561. responsum dedit, libertatem iure facultatis compe-

competentem effectu gaudere possessionis uel quasi, ita ut molitores obicem ponere cupientes frumentorum in conquerentis moletrinam aduectioni, teneantur planum facere ius prohibendi, nec iuuare ipsos, quod semper antecessores huius molendini dominos (ut illi quidem praetendebant,) prohibitionibus, aut captis etiam pignoribus, a frumentis urbe exportandis prohibuerint. Modest. Pist. *Illustr. quaest. parte 1. qu. 36.*

XII

Accedit ulterior assertioni nostrae ambitus, quod si in ambiguo uersetur, utrum quis per tempus lege definitum (quod de iure Saxon. est 30. annorum, anni et diei, iuxta Carpz. *parte 2. Const. 4. def. 9.*) urgente necessitate quadam, an uero liberrima uoluntatis facultate usus aliquo sit molendino, pro libertatis fauore, quodque quis iure permissionis, ex mera facultate oriente, non uero seruitutis onere, aut alius cuiuspiam obligationis nexu tale hoc molendinum adierit, uigore *l. 38. ff. de re iudic. et cap. ult. x. eod.* sententia sueuerit ferri. Vide Quirin. Cubach. *cent. 2. decur. 4. qu. illustr. 2.*

XIII

Caeterum quaestionem si quis hic moueat. *Anne priuato cuiuis, non requisita magistratus, aut aliorum etiam consensione, ex mera uoluntatis lubentia molendinum liceat exstruere?* Resp. ad molas aquaticas, quippe quae uberiori segete in nostris terris adparent, primo quod attinet, discrimen attendendum uenire inter flumina *publica* et *priuata*. Haec sunt, quae ad tempus fluunt, et patrimonii titulo pertinent ad priuatos, quorum praeterlabuntur praedia, Oldenburg. *de IV. Element. iur. tit. 3. §. 23. p. m. 171.* it. Eckolt.

tit. de flumin. ne quid in flum. publ. §. *1.* Illa dicuntur esse, quae in publico orta perennia sunt et perpetuo fluunt, Wesenb. *d. tit. de flum. n. 3.* Publica iterum diuiduntur in *regalia* et *bannalia*, quae diuisio scholis Feudistarum natales suos refert acceptos. Flumina regalia, Haupt-Flüsse, Haupt-Ströhme sunt, in quibus Princeps iure patrimoniali uectigal capit, et ideo in his modum et tempus piscationis ordinat, et magistratus iisdem proprios praeficit, Bannalia, die Bann-Wasser, die verbannet oder verbothen seind, quae praescripta dicuntur, sunt ea, quae beneficiariis et Vasallis aut concessione Principis, aut longi temporis praescriptione, consuetudine item, uel alio iusto titulo quaesita sunt: Cuiusmodi hodie omnia pene flumina non nauigabilia esse censentur. Vid. Baptista Aymus *in tract. de uniuers. alluuion. iure.*

XIV

Nunc igitur responsum damus ad ζήτημα propositum, quod sicut communi naturalis et ciuilis iuris permissu cuilibet, habili uidelicet, Baldus *in l. 16. C. de fideicom. et in rub. C. qui accus. non possunt*, liberum rerum suarum relictum est arbitrium, *l. 9. C. de Iudaeis et coelic. l. 21. C. mandati, l. 2. de his, qui sunt sui uel alieni iur. cap. de his 4. x. de sepult.* Sic etiam in priuato flumine suo molendinum aedificare nemo prohibetur *l. 1.* §. *12. l. 21. ff. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Lehnrecht *cap. 11. in gloss. f. 22.* Oldenburg. *in IV. Elementis iur. tit. 3.* §. *87. p. m. 257.* Inuito etiam eo, qui molam in illo flumine, si forsan commune sit aut publicum, longissimo aut immemoriali temporis tractu possessam occupat, *arg. l. 24.* §. *ult. l. 26. ff. de damn. inf. l. 1.* §. *12. et 21. ff. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 8. et seq. C. de seru. aqu.* Priuatum enim flumen eadem participat iura, quae cae-

teris

teris locis priuatis competunt *l. 1. §. 4. et §. 10. de flumin.* Noa Meurer *in scripto suo* vom Wasser-Recht *tract. 2. qu. 1. n. 3.* Iam uero nemo interdicitur in suo quidquam aedificare *l. 9. l. 14. de S. V. P.* Pfeil. *cent. 2. Consf. 198.* Ergo nec molam exstruere in flumine proprio quis prohibendus uenit, maxime cum durum sit et crudelitati proximum, uti fere in *l. 6. C. de seru. et aqu.* dicitur, aliquem arcere ab eo percipiendo commodo, quod ex re sua capere potest.

XV

Quae molendinum in suo erigendi facultas eo usque ualet, ut quamuis etiam hoc nouum opus minuat uicini molendini reditus, structura tamen eiusdem, uirtute dominii quaesiti, ab altero nequaquam possit impediri, *arg. l. 9. l. 5. ff. Vrb. praed. l. 24. §. f. de damn. infect. l. 26. eod.* Ozasc. *decis. Pedimont. 17. n. 3.* Matthias de Afflict. *decis. 388.* Rauchbar *parte 1. qu. 27. n. 9.* Boër. *decis. 125.* Modest. Pistor. *uol. 1. Consf. 19. n. 3. et seqq.* Noa Meurer *qu. 9. n. 13. per l. 23. §. 1. ff. ad L. Aquil.* ICti Saxon. in Consult. Constit. Saxon. *parte 5. c. 5. n. 1.* uerbis: **Obgleich anderen, welche ältere Mühlen haben, in solcher Gelegenheit an dem Mahlen und Einkommen etwas abgekürzt wird, solches ist nicht hinderlich.** Qui enim iure suo utitur, nemini facit iniuriam, et consequenter inde teneri nequit, etiamsi per consequentiam eo noceatur alteri. Quippe non debet uideri damnum facere is, qui eo ueluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur *cit. l. 26. ff. de damn. inf.*

XVI

Modo tamen quis non aedificet ad aemulationem seu ea cogitatione, ut uicino detrimentum potius importaret, quam sua ipsius promoueret commoda. Ad

aemulationem namque aedificare minime fas eſt, Bart. *in l. quo minus 2. n. 2. ibique* Iaſon *n. 21. et ſeq. ff. de flum.* Gail. *lib. 2. Obſ. 69. n. 27.* ne quidem ad ornamentum ciuitatis *l 3. ff. de oper. publ.* ſicut nec aedificatio per inuidiam uicini debet interrumpi, *l. pen. §. 7. C. de aedif. priuat.*

XVII

Sic curae quoque cordique eſſe debet, ne ius aliquod publicum uel priuatum inde uioletur *l. 3. ff. de oper. publ.* Vultei. *uol. 2. Conſ. Marpurg. conſ. 25. n. 1. et 2.* atque aqua uicini molendini copioſius emittendo ultra modum augeatur, aut retinendo nimiam deminutionem patiatur, ut ſic ulterius haut ſufficiat ad gyrandum prius exſtructum molendinum, *l. 7. C. de ſeruit. et aqu.* Stephan. Gratian. *diſcept. for. 89.* Menoch. *conſ. 901. n. 41. v. 10.* Meurer *qu. 9. n. 10.* Surd. *conſ. 447. n. 11. et ſeq.* Hackelm. *diſp. Pandect. illuſtr. 21. th. 14. lit. C.* Caepolla *de aquaeduct. c. 4. n. 26. et 66.* Quibus laudatiſſimis ſcriptoribus pollicem quoque preſſerunt celeberrimae Leucoreae ICti, quando controuerſia quadam circa hoc punctum aliquando ſuboriente, ſequentem tulerunt ſententiam: Auf euere andere Frage erachten wir den acten und Zeugniſſen gemäß und Rechtens seyn, dieweil daraus allenthalben so viel zu befinden, daß die von eurem Bruder aufgerichtete Mühle, eurer, der unterſten Mühlen, an ihrem Waſſergang Verhinderung bringet, und dadurch das Waſſer mercklichen aufgehalten und entzogen wird, ſo iſt auch gemeldter euer Bruder die neue Mühle abzubrechen und wegzuſchaffen ſchuldig, V. R. W.

XIIX

Pariter praecauendum eſt, ne molae nouae adificio inuertatur (forſan per reſtagnationem aut alio modo) ſolitus

litus aquarum cursus, atque ita incommodum importetur uicinio *l. 2. §. 28. ne quid in loco publ. l. 1. §. 6. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Weichbild sub rubr. **Wie man Mühlen von neuen bauen soll**, ubi sequentibus haec limitatio subiicitur uerbis: Wo aber die neue Mühle, so eure Leute aufzurichten gedencken, der vorigen und untersten Mühlen an ihrem Wassergange keine Verhinderung brächte, noch auch das Wasser auf des untersten Müllers Güter steuerte, so könte euer Nachtbar oder derselbige Müller euren Leuten nicht wehren solche Mühle aufzurichten etc. Confer Klock. *cons. 33. n. 35.* Quorsum facit etiam, quod legitur in libro iuris Gothici, uulgo dem Jüdischen Lowbuch *l. 1. c. 57.* Jdt mach Nemand van nyes up Möhlen buwen, he hebbe den den Dam und die Damstade; Doch so, dat dat Water nicht fleten up eines andern Wische oder Acker, und verhindere mit siner Stouwinge neue andere Möhlengenge de van Oldings her gewesen sin. Et illud a Crusio in lectionibus suis succisiuis *ad consuet. feudales p. 20.* in medium prolatum, hunc in modum habens: Wann aber die neue Mühle, so eure Leute aufzurichten gedencken, solcher vorigen und untersten Mühlen an ihrem Wassergang keinen Schaden brächte, noch auch das Wasser auf des untersten Müllers Güther steuerte, so könte euer Nachbar oder desselben Müller euren Leuten nicht wehren solche Mühlen aufzurichten. Addatur et Schneidevv. *ad Instit. de interdict.* Secundum quam iuris normam in Slesuicensi Ducatu, ui compactatorum de anno 1573. sententias ferri, testis est Hering. *de molend. qu. 40. n. 6.* Sic enim debet quis suum meliorem facere agrum, ne uicini fundum deteriorem reddat, *l. 1. ſ. 4. ff. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 8. §. 5. ff. si serv. uindic. l. 13. ff. de S. V. P. l. 11. §. ult. ff Quod ui aut clam.* Tametsi uel ex Principis aut domini feudalis concessione aedificare quis paratus

ratus ſit. Sic enim accipiendum eſt Principis priuilegium aut dominica conceſſio, ut ne illi, qui iure praeualet anteriore, damnum detur *l. 2. §. 16. ff. ne quid in loco publ. l. 12. ff. ad SCtum Trebell.* Humanae namque ſocietatis ratio non permittit, ut alteri demus incommodum iniuriam facientes *l. 7. in f. ff. de ſerv. export. l. 38. v. Conſtituimus ff. de R. V.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 3. n. 44. et ſeqq.*

XIX

Nec ſilentii peplo inuoluendam cenſemus illam reſtrictionem, qua molendinum quis in ſuo exſtruere prohibetur ob id, quod Vir quidam eruditione praecellens, cuius ſtudia et meditationes, reip. ſalutem anhelantes, tumultu molendinario turbari poſſint, in uicinia ſedem ſuam collocatam habet *c. fin. ſub f. x. de iudic.* Conſ. Schneidevv. *ad §. f. Inſt. de locat. conduct. n. 6.* Honded. *conſ. 81. n. 7. et ſeqq.* Liebenthal *Diſp. de priuil. Studioſ. th. 7. lit. B.* Viri namque eruditi, maximeque dignitatis gradu eminentes, et in aedificii cuiusdam poſſeſſione iam conſtituti, quemcunque opificem, opificio ſuo ſtrepitum aut clangorem excitantem, aut alias artem foetidam exercentem, nuncque in aede domicilio inſigniter eruditi propinqua operas ſuas exercere incipientem, legitimis remediis poſſunt cogere, ut operas ſuas in uicinia omittat, aut hoc ſi facere detrectet, domum ſuam derelinquat *l. un. in f. C. de ſtud. liberal.* Speckhan. *d. l.* Quirinus Cubach *decur. 9. qu. 1.* Coler. *in proceſſ. exſecut. p. 1. c. 4. n. 8.* quorum ultimus l. cit. huius generis caſum, in materiam molendinariam paucis mutatis quadrantem, dum uietorem officinam in uicinia conſtituentem, et media etiam de nocte, compingendo ac ſtipando uinaria, ſoporem laudatiſſimi Viri impetuoſe rumpentem, migrare ex uicinio competentibus remediis adur-

adurserit, se practicasse affirmat. Idemque Ioh. Cyr. Nehrinus *in Disp. de Aduocat. c. 6. th. 7.* sequenti confirmat Ienensi praeiudicio: P. P. Weil erwehntes der Doctorum priuilegium, welches zwar vornehmlich die Professores auf Vniuersitäten angehet, der bewährten Rechts-Lehrer einhelliger Meinung nach, ohne Unterscheid den Doctoribus, Aduocatis und Practicis so wohl, als den Professoribus in Academien ratione praeuentionis nicht unbillig zugeeignet und zugeschrieben wird: Als erscheinet auch nunmehro aus der Partheyen beyderseits Vorbringen so viel, daß dem Böttiger der Einzug in das von Ihm zur Ungebühr wieder der Doctorum priuilegium erkauftes Hauß nicht unbillig zu verbieten, V. R. W.

Id quod ita receptum est ob summam, quae Doctorum caeterorumque ex prudentia Eruditorum in remp. redundat, utilitatem, indeque promanantem fauorem uberrimum. Sunt quippe Eruditi, ceu ipse Imperator *auth. habita C. ne filius pro patre*, profitetur, quorum scientia totus illuminatur mundus, et ad obediendum DEO ac magistratui, ministris ejus, uita subiectorum informatur: Et ut reliquos in specie taciturnus praeteruehar, sunt ICti Satellites illi iustitiae, *prooem. ff. §. discipuli 6. et iuris sacerdotes l. 1. §. 1. ff. de I. et I.* qui dirimunt ambigua fata causarum, suaeque defensionis uiribus in rebus saepe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant *l. 14. C. de Aduoc. diuers. iud. 1.* Imo rectos Aduocatos et iudices, adplicantes statuta legum, prout aequitatis sibi sanctio deposcit, si non beatiorem, aeque certe beatam agitare uitam, quam Praedicatores et alii Religiosi, Ioh. de Arno *in singul. 23.* per Hostiensem et Albricum de Rosate scribere non dubitauit. Taliter igitur de rep. pulcre merentibus omnibus, *arg. l. 3. C. de Silentiar. et Decurion. l. un. C.*

un. C. de Profeſſ. qui Vrbe Conſtant. l. f. et t. t. de Prof. et Medic. haut iniuria priuilegia conferuntur, iidemque protectionem Imperatoriam omnimodo merentur, *d. auth. habita C. ne filius pro patre.*

Equidem laudatus Matth. Colerus *in proc. exſecut. parte 1. cap. 4. n. 4.* uidetur priuilegium hoc ſolis accommodare Doctoribus: Tale enim, ait ille, eſt priuilegium Ordinis Doctoralis contra fabros ferrarios et lignarios, item alios malleatores, qui ſuo ſtrepitu nocturno et diurno impediunt meditationes et ſtudia Doctorum, quod Doctor, maxime actu legens, *quatenus praeuenit fabrum*, (quam reſtrictionem Menoch. etiam *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. caſu 237. n. 7.* aſſignat) poſſit eum expellere ex uicinia. Quoniam tamen uel ipſo Colero profitente, in hoc communis eruditorum ſita eſt utilitas, ne ſcilicet turbentur in ſtudiis ſuis, hinc priuilegium iſtud tribuendum quoque eſſe aliis eruditione cumulatis Viris, et, prout contendit Rebuff. *priuil. 3.* Studioſis etiam in Academia bonarum artium mercaturam facientibus, in aprico poſitum eſſe credo. Et Studioſorum quidem quod attinet partes, ſententiam ſuam iisdem patrocinantem Rebuff. *l. cit.* inde roborat, quod haut minor ſit utilitas in ſtudentibus, ratione habita ad tempus futurum, quam in Doctoribus nunc eſt, quia Doctores Scholares fuerunt, et Scholares Doctores efficiuntur. Ac quemadmodum Candidatus Clericatus, dicente Felino *in cap. 17. x. de reſcript.* munitus eſt priuilegiis Clericalibus; conſimili ratione Studioſum hoc fauorabili puncto ad alacriora ſtudia promouendum eſſe, concludit pluries citatus Rebuff. *d. l.*

XX

Faceſſit denique molendinum in ſuo exſtruendi libertas, ſi ſtatutis locorum uel conſuetudine aliud introdu-

du-

ductum ſit, ac reſtringitur etiam a magiſtratu iuſtiſſime, ſi licentia illa promiſcua in abuſum degeneret, et numero prope innumeris aedificatis molendinis, nemo fere, propter paucitatem molentium, et impenſas grauiores, ſic reditus molares longe multumque ſuperantes, cum fructu molae dominus eſſe poſſit: Quo rerum ſtatu molarum ſtructurae nemo tandem ſtuderet, atque ita egregio publico haut leue afferretur detrimentum. Meu. *part. 9. deciſ. 72. in f.* Confer et Magnif. D. Struu. *in S. I. F. c. 6. aph. 7. n. 5. et 13.*

XXI

Sed quid ſi ſtatutum iubeat aliquod, ne coetus ſubiectus alio, quam publico in molendino ſub certa penſione frumenta ſua molenda procuret, numne etiam pro ſua ſuorumque neceſſitate molam domeſticam inſtaurare, patrifam. ſimul eo ipſo erit prohibitum? Negantium in caſtra hic ſecedere non ueremur, moti *arg. l. 64. §. 9. ſol. matrim.* Conf. Honded. *vol. 2. Conſil. 84. n. 58.* Quorſum recidit etiam, quod ſtatuta ſtricti dicantur eſſe iuris, *l. 24. ff. ad municip.* Coler. *deciſ. 286. n. 51.* et hinc uerba quoque eius ſint ſtricte interpretanda *l. 21. de militar. teſtam. l. 3. §. 6. de negot. geſt.* nec alios ad caſus non expreſſos, ſi uidelicet ius commune corrigant, iuxta *c. 28. de R. I. in 6.* Phil. Matthaei *Conſ. Marp. 26. n. 31. et 98. uol. 2.* aut odium pariant, ſec. Coler. *deciſ. 7. n. f.* ceu fieri noſtro in caſu uidemus, dum re ſua eiusmodi ſtatutum aliquem uti prohibet Vult. *Conſ. Marp. 25. n. 3. uol. 2.* ſtatutorum uoces ſint extendendae Honded. *Conſ. 1. n. 13. 41. 42.* Goeddaeus *Conſ. Marp. 25. n. 87. vol. 1.* Quamuis ſtatuta iuris communis ſanctioni non detrahentia, ex identitate uel rationis maioritate, ampliorem ſibi depoſcant quandoque interpretationem, Borch. *de V. O. c. 1. n. 42.* Treutl. *vol. 1. Diſp. 1. th. f.*

XXII

Sed memores ſupra datae diſtinctionis, quae publicorum quoque fluminum mentionem iniiciebat, ſubiicimus nunc, quod de iure communi etiam ſine Principis auctoritate et permiſſu quis in iis, ſi nauigationi deterior non afferatur conditio, molendinum exſtruere ualeat *arg. l. 1. §. 12. de flumin.* Honded. *conſ. 79. n. 1. vol. 1.* Menoch. *conſ 909. v. 10.* Pfeil *cent. 2. conſ. 201. n 28.* Roſentahl. *cap. 5. concl. 28. n. 3.* Quoniam uero moribus noſtris publica flumina Regalibus accenſentur *cap. un. quae ſunt Regalia,* Vultei. *de feud. 1. c. 5. n. 7.* et ſic in dominio ſunt Principis, Fomann. *diſp. I. Imp. 9. th. 2. lit. A.* et tam aluei, quam aquae praeterlabentis ratione publici ſunt iuris, ſicque nemo, citra publicam permiſſionem, uſu qualitercunque noxio quicquam in eo poteſt operari, non minus, quam alieno in ſolo quis licite domicilium ualet collocare *l. 29. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. f. ff. de flum.* Vander Graef. *de Regal. cap. 36. n. 2.* Knipſchilt *de ciuitat. Imperii lib. 2. c. 5. n. 196.* idcirco in flumine publico Regali ſine conceſſione Principis, ac in flumine bannali ſine eius eorumue, qui ius bannerarium in tali flumine nacti ſunt, nemo licentia pollet aedificare, Petrus Friderus *de interd. tit. 6. n. 66. et de mandat. 2. c. 38. n. 14.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 3. n. 44.* Hering *de molendin. qu. 15. n. 20.* it. Cardin. Tuſchus *tom. 5. concluſ. pract. concluſ. 3040.* qui copioſe, quamuis paulo aliter hoc punctum exponit.

XXIII

Reliquas molarum ſpecies, iumentarias puta, pneumaticas etc. quod reſpicit, facta adplicatione dextera, idem fere de illis ferendum eſſe iudicium, in medio poſitum atque apertum eſt. Hinc plura de iis ſubnectere, maxime cum aquariae molae praeter opinionem ſatis amplam

plam chartam iam compleuerint, iure meritoque ſuperſedemus.

XXIV.

Inter noſtrates denique moribus introductum eſſe ut priuato nulla pro lubitu molendinum, nec in publico nec in priuato proprio, aedificandi licentia relinquatur, niſi ſpeciali magiſtratus conceſſione eandem impetret, B. Carpz. *part. 2. Conſt. 4. def. 10. n. 2.* Dn. Richter *parte 1. deciſ. 6. n. f.* Modeſt. Piſt. *part. 1. qu. 28.* ſatis ſuperque teſtantur. Quibus conſentit etiam Berlich. *parte 2. deciſ. 176.* ſimulque praeiudicio quodam idem confirmat. Cuius interdicti ratio reſpectu molarum pneumaticarum non eſt dominium aëris, qui prius a Principe foret redimendus, quam quis in eo talis generis ſtructuram locaret, ceu Gryphiander *in tr. de inſulis cap. 11. n. 26.* autumat, quando: *Neceſſitas*, inquit, *et indigentia temporum noſtrorum, ut et fiſci inopia ſuadent, huiusmodi loca et incrementa obuenientia Regalibus annumerare, quae olim, florente adhuc Imperio Romano, et abundante aerario, uel nullius dominio, uel priuatorum lucro relicta erant, arg. l. 1. 2. 3. et ſeqq. ff. de acquir. rer. dom. Quod adeo obtinet, ut ne illa quidem, quae iure naturali cuiuis patebant, hodie a proprietatis nexu libera ſint. Quid enim*, pergit idem, *communius et magis proprium humanis neceſſitatibus aëre, quippe ſine quo ne uiuere quidem poſſumus l. f. C. de alim. pup. l. 2. de rer. diuiſ. Et tamen nemini licet in ſuo molendinum erigere πνευματικὸν ſiue uentoſum, niſi aërem a Principe redemerit.* Sed longe alia huius prohibitionis cauſa ſubeſt, quam ſupra *hac ipſa Sect. §. 19.* quoque tetigimus, ne ſcilicet molarum numero nimium quantum multiplicato, haec illi, et illa tertiae prouentus ſubducat, ſicque poſſeſſores earundem potius incommodum, quam commodum

dum inde capessant: Tacebo, quod molendina ad uentum in terra quasi radicentur, ac propterea eidem non incongrue queant annumerari, Hennig. *ad Grot. de I. B. et P. lib. 2. c. 2.* Sic in Marchia Brandenburgensi consuetudine inualuit, quod si nouae molae aedificio alterius molae prouentibus derogetur, nouae aedificatio minime permittatur. Scheplitz *de cons. March. parte 4. tit. 23.*

XXV

Caeterum si lex quaedam aut etiam conuentio ordinauerit, quod molendinum non sit aedificandum propius ab alterius molendino, quam ducentarum forsan intercapedine perticarum, mensurationem istarum non per aërem, sed per aquam supputandam esse, affirmat Felinus *in cap. 7. uerb: Vnde stante statuto, n. 6. x. de except.* Confer Peregrin *Cons. 103. n. 9.* Alexand. *cons. 22. column. 2. lib. 4.* Albanum *in Lucubration. ad Bartol. l. 2. n. 3. ff. de flum.* qui posterior loco cit. Felini auctoritate nititur. Tale enim statutum ponentes ad usum fluminis, ut scilicet impetus illius definitae per distantiae decursum aliquatenus deferberet, respexisse praesumuntur. Alexand. *l. cit.* Hammel *de action. c. f. n. penult. et ult.* Sicut enim de forma aedificiorum et spatio legitimo a uicina insula, balneo, camino, etc. iura dat Imperatoria auctoritas *l. 13. l. 14. de S. V. P. et t. t. Cod. de aedificiis priuatis;* ita etiam molendinum quanto spatio aliud prospicere debeat, iisdem ex iuris fontibus promanat. Cuius rei argumentum depromi quoque potest de remoris piscatoriis, deque legitimo inter illas determinato interstitio *in Nou. Leonis 57. 102. 103. 104.* Vrgentissima quippe cogit necessitas tale hoc spatium definire, quo litium materia felicius amputetur.

XXVI

Deinde quaeſtio nobis occurrit: *An dominus feudi directus, permittens primo, ut Vaſallus quicquid luberet, exceptis molendinis, in praedio feudali exſtrueret, et deinde noua conceſſione generali iterum poteſtatem omnis generis aedificia exſtruendi in Vaſallum conferens, ſubſequente hac largitate permiſiſſe ſimul uideatur, ut molendinum etiam Vaſallus licite aedificet?* Reſp. Negatiua arridet, quoniam generalis conceſſio extendi ad ea nunquam debet, quae ſpecialiter ſunt prohibita *l. 15. C. de nuptiis l. 20. ff. de ſeruit. ruſt. praed.* nec alia complectitur, quam quae concedens uerifimiliter fuerat permiſſurus *l. 46. ff. de pecul. l. 6. ff. de pign. l. 7. ff. de donat.* Idque potiſſimum ita debet obtinere, ſi molendini ſtructura uel ipſi domino feudi directo, uel etiam cuilibet alteri foret damnoſa, *arg. l. 2. ſ. 10. et ſ. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Sed dicis: (1) Dominus feudi *ſec. l. 39. ff. de pact. et l. 21. de contrab. empt.* apertius ſenſa animi enunciare debuiſſet. R. Ille iam ante per ſpecialem prohibitionem ſatis aperte animum ſuum declarauit, et hinc Vaſallo potius, molendinum aedificare cupienti, incumbebat, ut clarius ius a domino ſuo impetrare laboraret, ſi iam conceſſum non ſatis ſibi perſpicuum uidebatur, *d. ſ. 16. uerbis: Niſi forte quis hoc impetrauerit.* Dicis: (2) Quod ſecundum hanc interpretandi rationem poſterior conceſſio uana ſine uiribus et inutilis abeat, id quod tamen haud temere fieri permittit *l. 34. ſ. 1. de legat. 2.* Reſponſum damus: In omni conceſſione generali damnum concedentis, et aliorum quorumuis ut excluſum cenſeamus, aequitatis ratio ſuggerit. *Vide l. 6. C. de ſeruit. et aqu.*

XXVII

Tertio quaeſtio ſubnaſci poſſet: *Numne molendinum ex uno loco liceat transferre ad alium absque praeſcitu ſuperiorum?*

rum? Resp. Negando: Molendino enim ſic mutato, nouum inde fieri uidetur, et propterea noua quoque prouiſio, cum locus ſit alteratus, ad iſtud requiretur iuxta Baldum *in l. 6. ff. de Iuſt. et Iur.* Confer Carocium *deciſ. 107. n. 20. et ſeq.*

XXIIX

Hinc inter caetera ſi dubium ſuboriatur: *Anne mola olearia in frumentariam, haut requiſita magiſtratus permiſſione, queat conuerti?* affirmatiuae cum B. Richtero *p. 1. deciſ. 6. num. 1.* ſubſcribendum eſſe cenſemus. In Saxoniae tamen prouinciis molam oleariam in uſum frumentariae, citra ſpecialem conceſſionem, nemo commutare poteſt, quoniam iisdem in locis, uti iam monuimus, nulli ſubditorum, etiam in ſolo proprio, absque ſpeciali magiſtratus permiſſione molam nouam exſtruere licitum eſt. Quamuis nunc igitur quis priuilegium conſecutus ſit inſtaurandi molam oleariam, iſtud tamen ſtrictiſſime eſt interpretandum, Anton. Fab. *in Cod. lib. 3. tit. 2. defin. 10. n. 4.* nec extendendum ad alias moletrinas. Et ita Domini Scabini Lipſienſes in cauſa Matthaei Kapſens zu Dennſted m. Decemb. Anno 1633. ſequenti iudicarunt ſententia: So ſeid ihr ſolches ohne ſonderbahre Urlaub und Vergönſtigung der Obrigkeit zu thun, und die auf der Stadt gemeinem Waſſer euch zuſtehende Oel- Weyd- oder Schleiff-Mühlen-Gerechtigkeit in eine Mehl-Mühle und Mehl-Gerechtigkeit, euers Gefallens nach, zu verwandeln nicht berechtiget, V. R. W.

XXIX

Porro haut praeter rem quaeſtio poſſet formari: *Vtrum deſtructo molendino, dominus conſeruet iura eius ita, ut*

poſſimo-

postmodum in refecto pristina exercere omnia possit? Respondemus, tametsi exstructio molendini et reaedificatio sint actus merae facultatis, quos regulariter praescriptionis immunes esse, tradit Baldus *Cons. 241. uersu:* Sed dubitabatur *lib. 2.* non tamen sine omni distinctione negotium hoc posse confici, sed attendendum hic esse, an totum ita sit dirutum, ut nulla inde rudera supersint, nec adpareant uestigia certa, ubi locorum fuerit collocatum; an uero secus res se habeat. Vrsil. *ad Afflict. decis. 292. in pr.* Ex toto si deletum sit, fit interruptio naturalis, et ius amittitur *l. f. ff. de usucap.* et quidem lapsu unius anni, prout post Bartol. Iason. Ripam et Ferrar. notat Horat. Carpanus *ad statuta Mediolanens. parte 2. c. 240. n. 21.* Quod si uero paliridicae et uestigia quaedam prioris molendini relicta sint, in iis conseruatur iuris molendinarii possessio, quemadmodum Bartolus, Angelus, Imola, Cumanus, Castrensis censent *in d. l. ult. ff. de usucap.* Baldus, Angelus, Florianus, *in l. seruitutes ff. de seruitut.* Iason *in l. quo minus 2. n. 97. ff. de flumin.* Caepolla *cautel. 235. et caut. 20. qu. 9. tit. de seruit. aqu. duc.* apud Brederodium *tom. 1. Cautel. lit. M. uerb. Molendinum p. 150. et 151.* Cuius postremi huc quadrantia uerba, notatu dignissima *cautel. 235.* ita habent: *Si aliquis habuit molendinum fixum in terra sub aqua, quod impetu fluminis uel aliter destructum est, si non reaedificatur, perditur possessio, ut habetur in l. f. de usucap. Et ideo cautela, ut nunquam perdatur possessio, quod fiat protestatio, de qua conficiatur publicum instrumentum, quod non obstante destructione, intendit tenere et possidere locum et alueum fluminis, et debet unum signum facere, puta adponere palos ligneos in aliquibus locis, uel partibus clausulae molendini. Nam ex illis lignis, uel antiquis molendini, uel etiam nouis, adparebit ipsum retinere possessionem fluminis, uel aluei pro molendino, maxime stante dicta protestatione,*

ne, et tunc inuito ipso non poterit alius occupare flumen, uel ibi aedificare. Hactenus ille. Et hinc exstantibus adhuc talismodi uestigiis, licite quis nouum molendinum in ueteri loco denuo cum prioris molae priuilegiis exstruere ualet, nec arceri potest, tanquam si per non usum ius pristinum perdidisset. *l. 14. ff. quemadm. seruit. amitt. l. 23. §. 24. ff. quibus modis ususfr. amittatur.* Id quod adeo consonum est uero, ut quantumuis etiam per mille cursum annorum quis abstinuisset se a reficiendo molendino, tamen haec temporis mora nihil deroget iuri suo quaesito, cum per signa residua sartam tectam sibi cum caeteris iuribus retinuerit aquam ducendi facultatem, *l. 1. de uia publ.* Cynus *in l. 7. §. 4. C. de praescript. 30. uel 40. annorum.* Bartol. *in l. 2. ff. de flum.* et nouiter exstructum, quod in deleti locum iam surrogatum est, sapiat naturam surrogantis *l. 28. §. 1. ff. de iureiur. Glossa ad l. 10. §. 2. uerb. Danda non est ff. si quis cautionibus.* Quod etiam de iure Marchico, quo alias nemo potest aedificare molctrinam, qua alteri commodum ciuile adimatur, uti iam dictum, procedit, etsi per refectionem alterius prouentus molendinarii minuantur. Brunnem. *cent. 1. decis. 49.* Quae tamen potestas reaedificandi molendinum omni iure euanescit, si prohibitione alterius praegressa, per tempus lege definitum quis cessauerit illud restaurare: Ex die namque prohibitionis libertatis possessio quaeritur, quae legitimo tempore continuata ius prohibendi tribuit arg. *l. 6. ff. de S. V. P.* Confer. Argentraeus *tit. 14. art. 266. et art. 354.*

XXX

Vlterius disquirere quis haberet: Anne quilibet alter, inuito molendini domino, possit continuare superioris molae canalem, hacque iunctura mediante, postquam aqua

aqua superiori moletrinae deseruiuerat, eandem sui ad molendini usum deriuare? Id quod de stricto iure negandum censemus. Est enim aqua illa superioris molendini possessoris, Alex. *lib. 6. Consil. 203. n. 6.* neque potest alter immittere in rem alterius, eo renitente, Alex. *d. Cons. 203, n. 3.* Nec quicquam in contrarium promouere ualebit inferioris molae possessor ex eo, quod dicta aqua sufficiat utrique gyrando molendino, quod alias abundans sit, quod superiori deriuatio ista pauperiem haut faciat: Regula enim: Quod tibi non nocet, et alteri prodest, facile concedi debet; locum haut inuenit, nisi uinculum contractus ad tale quid praestandum adstringat. Alex. *d. Cons. 203. n. 15.*

XXXI

Postea occurrit quaestio: Anne superius exstructam habens machinam molendinariam facere possit, ut aqua cum indigentia inferioris in gurgitem conglomeretur? Respondetur, inspiciendum hic plerumque esse, quid actum sit ab initio. Quali enim in cardine res in primordio uersata est, in eodem non iniuria perdurat. Quod si igitur in principio contrarium obtinuit, illud seruabitur. Bartol. *in l. quo minus ff. de flumin. qu. 4.* Baldus *lib. 2. cons. 241. n. 2.* inprimis si molendinum inferius tempore prius sit aedificatum, quam inferius, Bl. *d. cons. 241. n. 2.* Sin moletrina superior primo fuerit fabricata, poterit huius possessor ad uberiorem utilitatem suam, nequaquam uero ad merum inferioris detrimentum, aquam gurgitare, Baldus *d. l.*

XXXII

Quid uero statuendum, si flumen alueum mutet, et molendino alterius si non inferat, certe minitetur da-

 mnum,

mnum, numne dominus molendini, renitente eo, qui dominum ſe praedicat aggeris, hunc communire ualebit? Brunnemann hoc affirmare uidetur *centur. 3. deciſ. 92.* maxime quando alter, qui reſiſtebat aggeris refectioni, dominium ſibi in illum arrogatum nondum comprobaſſet.

XXXIII

Ad ultimum haut indicta nobis abeat magiſterialis illa, qualis quidem putatur quibusdam, et ſatis uexata quaeſtio: *Rebusne mobilibus, an uero immobilibus annumeranda ueniant molendina?*

Cuius quaeſiti pleniorem ad intellectum, quid proprie res mobiles, et immobiles quid, hic placet praemittere. Mobiles nempe ſunt corpora, quae apta ſunt ſitum mutare, et localiter transferuntur natura et uſu, Bertrandus Argentraeus *ad Conſuetud. Britann. tit. 19. art. 408. Gl. 2.* immobiles uero optime, puto, innoteſcere ex traditis ab Ariſt. *lib. 5. Phyſic. c. 2. T. 20.* quo loco: Ἀκίνητον, inquit, ἐστὶ, τό τε ὅλως ἀδύνατον κινηθῆναι, ὥσπερ ὁ ψόφος ἀόρατος· καὶ τὸ ἐν πολλῷ χρόνῳ μόγις κινούμενον, ἢ τὸ βραδέως ἀρχόμενον, ὃ λέγεται δυσκίνητον· καὶ τὸ πεφυκός μὲν κινεῖσθαι καὶ δυνάμενον, μὴ κινούμενου δε τότε, ὅτε πέφυκε, καὶ οὗ, καὶ ὡς. Quae graphica compraehenſio Latine ita habet: Immobile eſt, et quod omnino non poteſt moueri, ſicut ſonus eſt inuiſibilis: et quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur aegre mobile: et quod aptum natura eſt, poteſtque moueri, non mouetur autem tunc, cum aptum natura eſt, et ubi, et quomodo. Quae diſtinctius paulo declarat Magnificus Dn. Struu. *S. I. F. c. 6. aph. 11. 12. et 13.* ubi: Res immobiles, ait, uel *naturaliter* uel *ciuiliter* tales ſunt. Naturaliter immobilis eſt res corporalis, quae

quae natura ſua moueri nequit: ipſum nimirum ſolum et ſolo cohaerens, ut praedium, ſilua etc. Res ciuiliter immobilis uel eſt res corporalis. Res corporalis mobilis pro re immobili habetur illa, quae ad rem quandam immobilem pertinet, et ab ea, ciuiliter loquendo, ſeparari nequit, qualis eſt inſtrumentum fundi etc. Res incorporalis ſua natura neque mobilis neque immobilis eſt, ſed cenſetur pro re immobili iſta, quae rei immobili inhaeret: ut ſunt iura in rebus immobilibus competentia.

Deinde notandum diſcrimen inter ſpecies molarum, et nominatim inter *truſatiles*, *iumentarias etc.* Vbi maxime etiam attendenda uenit diſcrepantia inter molendina in aquis aedificata, terraeque cohaerentia, nec non inter molendina pueumatica, interque naualia. Haec iterum in duplici ſunt differentia: Alia enim in fluminibus ſuper tabulis exſtructa, inſtar nauium et cymbarum ad anchoras alligata, hinc inde meant ac ueluti ambulant: Alia uero in determinato ſaltim loco natantia propter aquam decurrentem molunt, atque ad pontem paloſue ſunt alligata, cuiusmodi non pauca in Viſurgi, et paſſim fere in Germania offendere eſt. Illa, quae ſcilicet iuxta flumen exſtructa terrae fundamento innituntur, ſuo modo, in quantum ad praeſens inſtitutum, unius ſunt ordinis. Iſta uero rurſus *διχοτομίαν*, iuxta quosdam interpretes, admittunt: Aut enim ſolo infixa non ſunt, et pro lubitu a patreſam. huc illuc transportari ſolita, aut ſtipitibus in terra ſunt firmata, ibique quaſi radicata, nec ſueta transponi.

XXXIV

Nunc igitur datum ad *ζήτημα* ut reſponſum reddamus, (1) molas truſatiles et iumentarias, quamdiu rei

immobili non ſunt affixae, rerum mobilium choro cum Bertrando Argentraeo *ad Conſuetud. Britan. tit. 17. uerb. les moubles n. 9.* accenſemus; poſtquam uero in rem immobilem ſunt compactae, immobilium naturam induere, ſec. *l. 13. ſſ. 15.* qua mobile immobili cohaerens immobile iudicatur, eodem Bertr. Argentraeo d. t. conſentiente, affirmamus.

XXXV

(2) Ad dictas moletrinas, quae ſecundum decurrentes aquas in ſolo ſunt aedificatae, ſi animum referamus, illas immobilibus eſſe aſſociandas, nemini unquam uenit in dubium, Tiraqu. *in tract. lignag. ſſ. 1. gl. 7. n. 92.* Peckius *de teſtam. coniug. 5. c. 30. n. 3.* Curt. Iunior *tract. de feud. part. 1. qu. 6.* Berlich. *parte 3. concluſ. 30. n. 10.* Weſenb. *in π. de R. D. n. ult.* Neque enim quicquam promouet in contrarium, quod rotae aliaque talis molendini inſtrumenta incurſitante fluxu commoueantur, et uno de loco in alium poſſint deportari: Rebus quippe immobilibus propter contignationem maxime, et perpetuam deſtinationem annumerantur. Quem enim ad modum tegulae aedificii, quamdiu huic ſunt adplicatae, referuntur in numerum immobilium, quia una eſt iſtarum et huius contignatio *l. 23. ff. de uſucap.* parili ratione partes molendini alias mobiles, usque dum accommodatae ſunt integrae iſtius ſtructurae, pro rebus immobilibus ex eodem fundamento ſunt aeſtimandae, Berlich. *d. l. n. 11.*

XXXVI

(3) Molendina pneumatica prioris ordinis rebus mobilibus accenſent Wehner *in obſ. pract. uerb.* Fahrnis, Berlich. *parte 3. concluſ. 30. n. 13.* imo quasuis molas aquaticas

ticas in rerum mobilium numerum tranſcribunt Borcholt *de feud. cap. 6. n. 11.* Carpz. *part. 3. Conſtit. 24. n. 5.* Tiraquell. *de retract. lignag. ſ. 1. Gloſſ 7. n. 92.* Poſterioris uero ſpeciei moletrinas uentoſas immobilium rerum choro aggregandas eſſe, tum ſuperius ex traditis rerum immobilium deſcriptionibus, tum uariarum argumento legum conſtat. Quae namque ei fini exſtruuntur, ut iugiter certo in loco remaneant, iuxta *l. 242. §. f. de V. S.* ibique Goedd. *l. 35. §. 3. de hered. inſtit.* aut rebus immobilibus cohaerent, ſec. *l. 13. C. de ſeru. et aqu. l. fin. in f. C. de praeſcript. long. temp.* illa omnia, citatarum ex legum ſententia, rebus immobilibus ueniunt annumeranda. Iam uero dictas affectiones conuenire pneumaticis, in oculis ſitum eſt omnium. Conf. Honded. *uol. 1. conſ. 13. n. 18.* Caeterum praeferenda nobis uidetur circa hanc controuerſiam ſententia Magnifici Dn. Struuii, in *S. I. F. cap. 6. aph. 11. n. ult.* omnia omnino molendina pneumatica indiſtincte rebus immobilibus accenſentis, quia hodie nullum fere occurrit, quod non firmiſſime terrae ſit defixum, aut quod facile citra deſtructionem de loco in locum queat transponi. Imo neceſſum eſt, ait ſummus ICtus, ſi quando quis uelit molam uentilarem in alium locum translatam, ut omnino diſſoluat ac deſtruat, et nouiter in ſolo exſtruat, et terrae firmiter infigat. Vid. Hering. *qu. 8. n. 11.* qui ſimiliter citra ullam diſtinguendi rationem molendina uentoſa inter res immobiles numerat.

XXXVII

Ad molas denique nauales ut deueniamus, hic iterum in diuerſa ſententiarum diuerticula deflectunt interpretes. Illas enim, quae prius diſtinctionis membrum

ſ.33. exhibet, res eſſe mobiles, aſſerunt Bartol. *ad l. 2. ff. de flum. n.* 34. Ripa *d. l. n. 126.* Knichen *de pact. ueſtitur. c. 4. n. 57. et ſeq.* Menoch. *de rec. poſſ. remed. 1. n. 44.* Simoncell. *de decret. inſpect. 12. n. 82.* Rüdinger 3. *ſing. Obſeru. 68. n.* 3. Quibus conferri poteſt Berlich. *concluſ. 30. n.* 11. Reliqua uero molendina naualia, quae alter diuiſionis articulus complectitur, rebus immobilibus aggregat Knich. *l. c.* maxime ſi bannalia ſimul fuerint, Bann- oder Zwang-Mühlen, darinnen die Leute bezwinglich zu mahlen pflichtig. Gothofred. Anton. *diſp. feud.* 3. *th.* 4. Verum molendina haec naualia indifferenter immobilibus rebus accenſenda eſſe, iure meritoque cum ſummis quibusdam Doctoribus ex ſolidis rationibus affirmatur. Quantumuis enim propter fluxionem aquae, quae ſoli uice circa illa defungitur, hinc inde commoueantur, expendendum tamen probe eſt, aptitudinem ad motionem recipiendam non ſemper rei quauis etiam aeſtumatione mobilis χριτήριον eſſe. Quippe non repugnat, rem aliquam aptam eſſe moueri, et tamen ſui natura in certo genere eſſe immobilem. Exemplum nobis praebent inſulae maritimae, quae licet certa in ſtatione haut ſemper maneant, nihilo tamen ſecius immobilium ueniunt adpellatione, Tiraquell. *de retract. lignag. ſ. 1. Gloſſ. 7. n. 121.* Et quid aqua, quaeſo, mobilius poteſt nominari, quae tamen in ſua mole conſiderata pro re immobili putatur, Tiraqu. *d. l.* Horat. Carpan. *cap. 417. n. 45. et 46.* Concludimus ergo cum Magnif. Domino Struu. *S. I. F. cap. 6. aph. 11. n. 6.* quod, quoniam et talia molendina ea intentione exſtruuntur, ut perpete niſu certo in flumine aliquo molant, in ambiguo ſane nequeat eſſe, quin hac ipſa ex deſtinatione talibus moletrinis indoles rerum immobilium accreſcat: Intentionem namque et deſtinationem praeſtare poſſe, ut res in ſe ſuaque natura alias mobilis, propter perpetuam in loco aliquo eidem deſtinatam permanentiam, rebus immobilibus aequiualeat,

leat, iuris conſtituti eſt ac ſatis manifeſti, ceu ſupra hac ipſa Sectione *th. 35. et 36.* probatum dedimus. Quibus *add. l. 41. §. 12. de legat. et fideicom. 1. l. 26. ff. de inſtruct. et inſtrum. leg.* Bartol. *in l. 13. §. ult. ff. de action. empt.* Quid? quod admodum leuis eſt differentia, quae inter molam ad ripas in terra exſtructam, interque naualem intercedit. Iisdem enim, quibus illa, machinae molendinariae partibus haec abſoluitur, nec diuerſitas ulla adparet alia, quam quod naualis in aqua, ueluti ſolo ſuo, ſit collocata. Igitur uni eidemque rei, ad unum eundemque ſcopum ordinatae ius ſecretum haut erit accommodandum, *l. 23. ff. de uſucap. l. 4. de uulg. et pupill. ſubſtit.*

Reliqua molendinorum genera pleraque omnia inter res immobiles locum ſibi ſuum uindicare, tradit Goeddaeus *in l. 39. n. 4. in f. de V. S.*

XXXIIX

Quantum uero interſit, mobilium numero, an immobilium reputentur molendina, ſubſequis ex rationum momentis, citra Oedipi ſagacitatem, quilibet cordatus de facili cognoſcere ualebit. Primo enim mobilia minorum bona, maxime ſeruando ſeruari ſi nequeant, ſine ulla adhibita ſolennitate alienari poſſe, uulgati iuris eſt *arg. l. 22. C. de adminiſtr. tutor.* Immobilia uero eorundem, (α) ſine decreto iudiciali *d. l. 22. et l. 11. C. de praed. minor.* Simoncell. *de decret. inſpect. 1. th. 1. n. 35. et ſeqq.* Modeſt. Piſt. *1. Conſ. 64. n. 16. et 54.* Wehner *Obſ. pract. uerb.* Fahrnis, (β) ſine tutoris curatoriſue auctoritate, *l. fin. uerſ. ſin autem C. ſi propter publ. penſ. uend.* et (γ) citra iuſtam cauſam *l. 12. l. pen. C. de praed. minor.* ualide in alium haut queunt transferri. Iterum diuerſa eſt ratio in diſtractione rerum dotali-

talium immobilium et mobilium *l. 42. ff. de iure dot. l. un. ſ. 7. uerſ. exactio, de rei ux. act. it. Nou. 61.* Tertio dos in rebus immobilibus conſiſtens ſtatim a ſoluto matrimonio, *l. un. § 7. C. de rei ux. act.* in mobilibus uero intra anni ſpatium poſt ſolutum uinculum coniugiale *d. §. 7.* eſt reſtitueuda. Vbi notatu non indignum eſt, quod in natura rei immobilis ſi primum dos exhibita, et poſtea diſtracta, eiusque pretio res mobiles ſint comparatae, ſubſtitutae illae res mobiles, quantum ad redhibitionem dotis, haut ſapiant naturam eius, cui ſurrogatae erant, ſed tanquam mobiles aeſtumentur, *l. 78. §. 4. ff. de iure dot.* Quarto tantum immobiles feudum proprie tale poſſunt concedi, *II. F. 1. §. ult.* ubi dicitur: *Sciendum eſt, feudum non niſi in rebus ſoli aut ſolo cohaerentibus, aut in iis, quae inter immobilia connumerantur, poſſe conſiſtere.* Videatur et *II. F. 23. §. huius autem.* Roſentahl *de feud. cap. 4. concluſ. 1.* Ludou. Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 2. c. 10. n. 3.* Vbi tamen, ueluti in tranſcurſu, liceat ſubnectere, quod ipſi etiam aduerſarii, molas pneumaticas et nauales rebus mobilibus annumerantes, huius generis molendina, et inprimis ſecundum Roſentahl. *cap. 4. concluſ. 4. n. 12.* ſi bannalia ſint, in feudum dari poſſe confiteantur. Vide Arum. *IV. feud. 8.* Curt. Iuniorem *tract. d. feud. parte 1. qu. 6. col. 3. uerſ. Et ex hoc etiam.* Niell. *diſp. 3. th. 1.* Caeterum molendinum pneumaticum, in fundo feudali exſtructum, ſi ſtipes eius terrae infixus non eſt, ſed diuerſa in loca integra ſtructura transponi illud poteſt, pertinere ad heredes, quos uocant, allodiales, rerum quippe mobilium legitimos ſucceſſores, docent Berlich. *parte 3. concluſ. 42. n. 25.* Schultz *in Synopſi Feud. cap. 6. n. 18.* Sin autem tale hoc molendinum qua columnam mediam in terra defoſſum eſt, ſoloque firmiter inhaeret, rectiſſime a feudi heredibus iſtud uindicari, inde conſtat, quod quae in ſolo exſtruuntur,

ſolo

ſolo dicuntur ut partes contineri *l. 21. ſub f. ff. de inſtruct. uel inſtrum. leg.* teneri item terra ac proinde fundo et ſolo cedere, *l. 12. pr. ff. de act. empt. l. 7. §. 10. ff. de A. R. D.* Roſentahl *de feud. cap. 10. Concluſ.* 33. *n. 21. et* 22. quia omnia iſtius moletrinae uentilaris inſtrumenta immobilibus accenſentur, *l. 18. pr. ff. act. empt. l. 60. de A. R. D.* Finckelthuſ. *Sen. Obſ. 26. n. 6. et ſeqq. Confer et Deciſ. Elector. nouiſſ.* 53. Quam opinionem noſtram in foro etiam locum inuenire, comprobat ſententia M. Auguſt. Anno 1639. a Facultate Iurid. Almae Philureae prolata, ſequentibus concepta uerbis: P. P. Obwohl, wann keine Gewisheit vorhanden, alle Güther vielmehr vor allodial- und Erb- als Lehnſtücken zu halten ſeind, und nach etlicher Rechts-Lehrer Meinung, inſonderheit die Wind-Mühlen, wann ſie gleich auf einem Lehnſtücke befunden werden, zu dem Erbe referiret und gezogen werden wollen: Dennoch aber und dieweil angeregte Wind-Mühle nicht uf Erbſtücken, ſondern des After-Lehns Grund und Boden gebauet worden, und noch ietzo daſelbſt ſtehet und befindlich iſt; und Rechtens, daß die Gebäude nach dem Grund und Boden geachtet werden, die Wind-Mühlen auch gleichſam ein Stück der Lehen-Güther dadurch werden, wann ſie in die Erde geſencket, und zu ſtetswehrendem Nutz daſelbſt erbauet worden ſeind: So haben auch ſich dieſer Wind-Mühlen nicht die Land- ſondern After-Lehens-Erben billig anzumaſen, V. R. W. Quinto ſimiliter ius emphyteuticarium non niſi in rebus immobilibus conſtituitur, *l. 1. ff. ſi ager uectigal.* Sexto contractus precarius et libellarius ac cenſualis tantum circa rem immobilem poſſunt celebrari, Borcholt. *de feud. c. 3. n. 45. et 46.* Mynſing. *reſp. 28. n. 7.* Septimo interdictum unde ui non competit, ui de poſſeſſione rei immobilis deiecto, *l. 1. ſ. 1. 3. 4. et ſeqq. ff. de ui et ui armat.* Dn. Strauch. *Diſp. 23. th. 5.* Sic-

 ut

ut et interd. Vti possidetis directo de rebus soli seu immobilibus, *l. 1. ff. 1. 3. et pen. ff. uti possid.* solum datur. Octauo bona immobilia pratrimonialia seu auita, Stamm-Güther, iuxta Land-Recht *lib. 1. art. 52.* non sunt materia habilis, quae sine consensu suorum heredum per donationem transeat ad alios. Nono subiacent retractui tantum bona immobilia, et quae pro immobilibus aestimantur, Petrus Gregor. *in S. I. V. lib. 26. c. 2.* Balthasar Benedellus *de Iure protimiss. ad princip. Constitut. n. 62.* Magnificus Dn. Struu. *S. I. C. Exercit. 23. th. 60.* Decimo res immobiles obnoxiae sunt legibus hypothecae, adeoque prior creditur distractionem earundem inhibere aut reuocare potest; mobiles uero hypothecae iuribus non subsunt, *§. item Seruiana 7. ibique Dd. de action.* praelaudatus Petrus Gregor. *in S. I. V. lib. 23. c. 2. n. 3.* Vndecimo res immobiles maiori in iure nostro fauore dignantur, quam mobiles, *l. 3. ff. de in lit. iur.* Vnde nec tam facile immobilium conceditur distractio, quam rerum mobilium, Rittershus. *in method. expos. Nouell. part. 1. c. 8. n. 13.* Duodecimo bona immobilia pertinent ad iudicem territorii, de quo sunt, quare nec iudex, cuius territorii partem non constituunt, circa illa quicquam exsecutioni mandare potest, Gail. *lib. 2. Obs. 124. n. 18.* Mobilia uero possessoris sui iudici obtemperant, *Gl. in l. 16. ff. de pecul.* Colerus *in prot. exsec. part. 2. c. 3. n. 28. 29.* Hinc Vincentius Carocius *de excuss. bonorum quaest. principal. 14. n. 14. et 15.* citatus Colerus *p. 2. c. 3. n. 30. et 31.* Bolognel. *Consens. 35.* determinant, quod iusta de causa bonorum confiscandorum oblata occasione, confiscans iure meritoque non bona tantum immobilia in suo territorio sita, sed et extra ipsius territorium reperta possit fisco suo uindicare. Tertio decimo bona immobilia de iure Saxon. efficaciter obligari nequeunt, nisi uinculum talis obligationis coram iudice com-

competente nexum, actisque insinuatum sit, Landrecht *lib. 1. art. 8. Constit. prouinc. 23. parte 2.* Quarto decimo bona immobilia possidentes non tenentur satisdare, mobilium uero possessores ab isto grauamine immunes non sunt, *l. 15. ff. qui satisd. cog.* Quinto decimo pecunia illa, Teutonico sono Erbgelt nuncupata, pluribus concurrentibus creditoribus, si iuxta *decis. Elect. 7.* statuto tempore exacta, nec in contractum mutui transformata, iure praelationis gaudet, *Const. Elect. 28.* Iam uero praxi Saxonica inualuit, ut illud tantum pretium, quod alter coheres ex bonis hereditariis *immobilibus* distinctis temporibus dare cogitur, nomine Erbgeldes censeatur. Confer *Constit. Elect. 21. part. 3.* Sexto decimo Iustiniani sanctio *in l. ult. C. de long. temp. praescript. l. un. de usucap. transf. et pr. Inst. de usucap.* bona mobilia triennio, immobilia autem possessoribus praesentibus decennio, absentibus uicennio praescribit. Septimo-decimo de iure Saxonum praescriptio rerum mobilium (exceptis tamen iis, quae hereditatis massam attingunt) curriculo unius anni, sex hebdomadum triumque dierum, mobilium uero annorum triginta, sex septiduorum ac dierum trium spatio est inclusa. Vide Carpz. *parte 2. Const. 3. def. 3. et lib. 1. Resp. 36. n. 3. et seqq. lib. 4. Resp. 43. n. 16.* Cuius augmenti, (quod obiter adjicimus) rationem tradit idem *d. l. def. 5. n. 3. et seqq.* Duodeuigesimo ius Saxonicum Geradam seu bona utensilia in rebus tantum mobilibus designauit, Landrecht *lib. 1. art. 24.* Goldbech *tract. de iure Geradae, tit. de rebus, quas uxor geradae nomine accipit, n. 5.* Adde Carpz. *p. 2. Const. 14. def. 22. et. seqq.* Richter *tract. de success. ab intest. sect. 1. memb. 3. n. 70. et seqq.* Undeuigesimo tanto fauore ius Saxonicum maritum dignatum est, ut, prius in fata concedente marita, hic superstes, uiuentibus etiam liberis, lucro suo adponere habeat bona uxoris mobilia omnia, exceptis saltim utensilibus Landrecht *lib. 1*

 art

art. 31. *et lib.* 3. *art.* 76. Conf. Coler. *de proc. exsec. parte* 1. *c.* 3. *n.* 231. *et.* 232. Vigesimo processus exsecutionis in actione personali decernendus deposcit, ut pignorentur primo bona mobilia, deinde uero, his non suppetentibus, immobilia, et defectu utrorumque uel in totum uel tantummodo in partem emergente, iura et actiones, debitori alias competentes: Quibus omnibus haut sufficientibus, maliciosus debitor contruditur in carcerem, sicque quod aere nequit, corpore luere tenetur, *l.* 15. *§.* 2. *et* 3. *ff. de re iudic.* ibique Dd. Coler. *d. l. p.* 3. *c.* 9. *n.* 16. Vigesimo primo res bello captae immobiles publicantur, h. e. Principi uel reip. acquiruntur, *l.* 20. *§.* 1. *ff. de captiv. et postlim. reuers.* et ita capienda quoque est *l.* 31. *ff. de iure fisc.* Mobiles uero singulis capientibus acquiruntur, *§.* 17. *Inst. et l.* 5 *ff. de A. R. D.* quando scil. durante adhuc belli statu, et hoste nondum sub iugum misso captae sunt. Vide Andr. Gerhard *decad.* 4. *qu.* 5. Copiis namque hostilibus prostratis, et reportata iam uictoria quae auferuntur, ad ipsam pertinent remp. nec capientis cedunt in dominium, *l. pen. ff. ad l. Iul. pecul.* Conf. H. Grot. *de iure B. et P. lib.* 3. *c.* 6. *§.* 8. *et in primis* 12. ubi aliam quoque subdit limitationem: Quod si quid, inquiens, milites capiunt non in procinctu, aut in eo, quod facere iubentur, sed in eo, quod promiscuo iure aut solo permissu faciunt, id statim sibi acquirunt: Capiunt enim non ministri. Talia sunt spolia, quae detrahuntur hosti in dimicatione singulari: Talia etiam, quae procul ab exercitu in liberis et iniussis excursibus capiunt. Sed hactenus datas rerum immobilium et mobilium diuersitates quasi in diuerticulo, nunc redeamus tandem in uiam, qua principis recludens adyta scopi nostri nunc occursat.

SECTIO

SECTIO IV
DE
FACVLTATE MOLENDINA FREQVENTANDI RESTRICTA.

SVMMARIA.

I. Potestas molendina restringendi, tempore Caroli M. deuenit ad Vasallos Imperii. It. Hodie Status Imperii potestatem in moletrinas, si spectentur eaedem simpliciter, non occupant iure Regalium.

II. Regalium descriptio ac diuisio.

III. Molendina neque maioribus neque minoribus Regalibus, absolute considerata, accenseri queunt.

IV. Molae secundum quid spectatae referri possunt ad Regalia minora.

V. Ratio formalis praecipuae potestatis in moletrinas, et hinc orientium molarum bannariarum etymologia.

VI. Certae dantur causae molas iuste banniendi quarum.

VII. Prima publica utilitas et necessitas coniunctim sumptae.

VIII. Altera est contractus de banno celebratus.

IX. Tertia publicum Magistratus interdictum, cui subditi per legitimum tempus acquicuerunt.

X. Quarta est exstructio molarum ab ipso magistratu, urgente subditorum indigentia facta.

XI. Quinta dominium (quamuis fere saltim analogice sic dictum) in gregem subditum.

XII. Sexta est proteruitas subditorum.

XIII. Septima priuilegium ab inuestiente, potestatem banniendi tenente, Vasallo specialiter concessum: Ubi tamen praecauendum, ne ius tertio acquisitum uioletur.

XIV. Octaua pactum a domino eum subditis pro banni indulgentia initum.

XV. Quorum consensio requiratur ad talem pactionem.

XVI. Nona causa est iusiurandum, a subditis magistratui praestitum, quod illius tantum in molendinis frumen-

frumenta sua conterere uelint: Ubi additur, quid faciendum, si molendinum dominicum inhabile sit ad molendum.

XVII. *Decima est consuetudo temporis longiss. in contradictorio quae euicerat: Quo loco tempus definitur, intra quod subditi repetere possint frumenta, in molam bannariam delata, sed nondum contusae.*

XVIII. *Ultima est determinatus a magistratu ex ratione urgente molarum numerus, aut collegium priuilegiis munitum.*

XIX. *usque ad* XXI. *inclus. An Princeps ex plenitudine potentiae bannum molendinarium indifferenter possit instituere?*

XXII. *usque ad* XXV. *inclus. an bannum mole trinarum sit species monopoliis, nec ne*

XXVI. *et seqq. usque ad f. uariae quaestiones aliae resoluuntur.*

I

Translato per *Calolum M.* a uetere ad nouam Romam folio Imperatorio, Ducumque, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobilium in Europa exaudito nomine, ac feudalium beneficiorum, quibus Imperatoria Maiestas horum sibi omnium fidem deuincire solebat, nexu introducto, molendinorum simul usui liberrimo, praeter caeteros molendina banniendi modos, ualde derogatum fuisse, dum non infrequenter per infeudationem, ceu loquuntur, potestas circa molendina ex Imperatoris munificentia in Vasallorum manus peruenit, inter caeteros Antoninus Thessaurus *decis. 16. n. 9.* memoriae reliquit. Vtrum uero iure Regalium, an uero quolibet alio hodie Principes ac Status Imperii teneant quandoque molendinorum potestatem, alicubi solam sibi reseruatam, de eo serra contentionis inter Doctores mirum in modum reciprocatur. Negatiua tamen si molendina *absolute* spectemus, forsan nullo poterit adstrui negotio.

II Ad

II

Ad quod feliciori conamine praeſtandum, praelibanda uidetur prius deſcriptio Regalium, nec non communiſſima eorum diuiſio. Sunt autem Regalia nihil aliud, quam partes, ex quibus Maieſtas conſtat; uel, delineante fere Georgio Brautlacht *in Epitom. Iprud. publ. lib. 3. c. 4. ſſ. 5.* Regalia ſunt iura, cuiuis ſummo Magiſtratui radicaliter, uel inferiori quoad exercitium, ex ſuperioris conceſſione uel alio modo legitimo ad ſalutem et decus Imperii, et ceu fere Henricus a Roſentahl. *in tract. feud. c. 5. concluſ. 1.* addit, in ſignum ſupremae poteſtatis eminentiae ac dignitatis, nec non in praemium immenſi laboris, quem pro reip. tranquillitate et proſperitate ſuſtinent, ad remp. tutandam competentia. Diſtingui ea communiter ſolent in *Maiora* et *Minora*. Maiora Regalia dicuntur, quae maioris momenti obiecta habent, uel: Quae gubernationem et ſtatum ipſum reip. concernunt. Minora ſunt, quae circa minoris ponderis obiecta uerſantur, uel: Sunt commoda et emolumenta, quae ex bonis publicis uel alias ratione imperii aut territorii ab Imperatore aut Principibus percipiuntur. Vide *II. F. 56.* it. Magnifici Domini Struuii *S. I. F. cap. 6. aph. 13. et ſeqq. plurim.*

III

Nunc ergo ad propoſitum ut redeamus, ex dictis liquere poteſt, ius molendina bannalia habendi neque maioribus accenſeri poſſe Regalibus, neque minoribus. Non illis, quoniam definitionem eorundem nemo, niſi qui cerebri uice fungum nutrit, applicare praeſumet. Neque horum, quod quidem uideri poterat, in cenſum ſine ullo diſcrimine adhibito uenire poſſunt, Roſentahl. *de feud. cap. 5. concluſ. 28. n. 5.* Molendina enim aut ponderantur

ἁπλῶς

ἁπλῶς seu absolute, uel κατα siue secundum quid: Priori modo nulla prorsus ratione Regalium sapiunt naturam, quia meri etiam rustici, ab omni territorio et iurisdictione nudi, qui capessendis Regalibus sunt inhabiles, molendina in suo flumine priuato exstruere, atque in patrimonio eadem tenere non arcentur, sicque molendinorum quoque prouentus ad priuatos pertinent: Cuiusmodi reditus, docente PER-ILLVSTRI DOMINO A SECKENDORF im Teutschen Fürsten-Staat, Regalibus accenseri nequeunt. Quin publico etiam in flumine molendinum aedificatum ordini Regalium annumerari non potest, quantumuis flumen illud Regalium serie computetur: Hoc enim inde est, quod Regalia occupanti competit inibi ius exigendi uectigalia, ius salui conductus, ius stapulae, die Staffel-Gerechtigkeit, delictorum in flumine tali patratorum coërcitio, reuerentia uelorum demittendorum, daß man für seinen Orlechs-Schiffen die Seegel streichen und niederfallen lassen muß etc. Cui negatiuae nostrae superius traditae robur quoque inde accrescit, quod utique molendinum suum quocunque tandem titulo honesto in alium transferri licet, id quod certe circa Regalia in praeiudicium successorum, iure proprio, non a patre alienante, uenientium, fieri haut potest, ceu Cardinalis Tuschus *conclus. 83.* Socinus *lib. 3. cons. 7. per tot.* testantur. Confer Roland. a Valle *uol. 3. Cons. 97. n. 7.* Rosentahl. *de feudis cap. 5. conclus. 28. n. 1.* Etsi etiam uel maxime dominus territorii quandoque soli sibi reseruet ius molendinorum, non tamen proinde statim Regalium in classem istud transcribendum erit: Enim uero, quae Princeps sibi uindicat soli, non illico naturam induunt Regalium; sed cum Antonino de Gamma *decis. 31. n. 3.* quam optime docetur, quod ea saltim, quae ratione reditus et tributi ab antiquo per constitutionem aut possessionem imme-

immemorialem debentur iura, iurium Regalium nomine ſint dignanda. Interim tamen non deſunt, qui omnia illa iura, quae ſoli Principi ſeu expreſſo ſeu tacito populi conſenſu relinquuntur, Regalia ex accidenti fieri cenſent. Hincque etiam molendina, ubi ſubditis tantum publicis a Principe conſtitutis uti licet, Regalium iuribus indifferenter annumerant. Confer Petrum a Petra *de fideicommiſſar. quaeſt. 13. num. 580.*

IV

Altero conſiderandi modo, reſpectiue ſc. et intuitu habito ad Principem, Comitem, Baronem &c. cum Regalibus, et in ſpecie atque expreſſe cum molendinorum quoque iure a domino, ius illud legitime tenente, inueſtitum ſi molendina contemplemur, ius in eadem et poteſtatem reſtringendi Regalium choro exeſſe non iubemus. Hac enim conditione ius molendinorum aeque cum ditione in feudum largita tranſit, atque iurisdictio, uectigalia, uenationes &c. cum territorio conferuntur. Quia rerum facie poteſtas circa molendina non minus, quam alia Regalia, Regalis titulum iuris meretur. Quo de uide, ſis, uberius differentem Hering. *de molend. quaeſt. 9. n. 66.*

V

Conſiſtit autem illa circa moletrinas poteſtas in eo potiſſimum, quod omnes loci alicuius, aut certos tantum incolas, qui relictis aliorum molendinis, ipſius ſaltim moletrinas pro conterendo frumento ſuo accedant, quis habet obligatos. Et hinc eſſe coeperunt molendina *Bannaria* ſiue bannereta, die Zwang-Mühlen, quae nomen ſortiuntur uel a uoce Teutonica Bahn, quia ſicut banniti ſeu praeſcripti Imperii uiae publicae et caeterarum alias

communium rerum interdicuntur, daß ihnen des H. R. Reichs Bahn und Strase verbothen wird, consimili ratione, si coniecturae locum inueniunt, illi incolarum, qui certo alicui molendino pro conterendis frumentis suis adstricti sunt, uiis ad alia molendina ducentibus prohibentur; uel adpellationem habent a Germ. voc. Band, quoniam subditi certam aliquam sequi moletrinam quasi ligati sunt; uel iuxta Limnaeum a Vernaculae nostrae uerbo: Bann, quod olim proclamationem publicam notauit, et postea terminatione Latina auctum uocab. *bannum* progenuit, quod hodienum quandoque trinam significat e suggestu sacro denunciationem, matrimonium inchoatum, per sacerdotalem carnisque copulam consummandum praecedentem, ac fundatam in Saxon. Ordin. matrim. de anno 1664. puncto 5. D. Praeses in Differt. *de Hierologia sect. 4. th. 1. et seqq.* uel denique iuxta Hering. *qu. 11.* molendinum bannarium denominatum est a Teutonico: *bannire*, quod maiorum nostrorum lingua significauit: iubere, sancire: Quo sensu uocabulum isthoc ciuitate postmodum Latina, quantumuis Barbara saltim ea, donatum reperire est in Constitutione quadam Ludouici Imperatoris, Confluentiae anno 860. promulgata, ubi Imperatoria Maiestas: Bannimus, ait, ex DEI et nostro uerbo, ut nullus hoc in nostris terris agere praesumat. Et hoc etiam in significatu uerbum: bannire cum ueteribus Francis in Galliam migrasse, ex Gallica uoce: *Ban*, quae illis sonat proclamationem uoce praeconis editam, unde et phrasis Gallica: sonner le ban au tambour, bey Trummelschlag etwas ausruffen oder anbefehlen lassen, licitum fortassean est hariolari. A uocab. igitur bannire rectissime uidentur dicta esse molendina bannalia, die Bann-Mühlen, dieweil einem darinnen zu mahlen gebothen ist. Vide Besold. *Thes. pract. uocab.* Bann.

VI

Quantumuis igitur, uti Sect. praeced. confirmauimus, moletrinam hanc illamue pro lubitu, hoc istoue temporis articulo, accedere, ibique contritum facere frumentum suum, aeque merae sit res facultatis, atque publicum, mercandi aut uendendi gratia forum frequentare, nihilo tamen secius certi occurrunt casus, quibus libertas illa, salua iustitiae norma, cessare deprachenditur.

VII

Cumque plurimum publico debeamus egregio, *primum* hic *locum publica* occupet *utilitas*, cum *necessitate* tamen reip. maritata. Vt enim iam nihil ponam de eo, quod quemlibet gratia domini sui aucupanda inuitare, ac reuerentia, eidem domino debita, allicere ualeat, ut dominicas potius, quam aliorum, uisitet moletrinas, praesertim si aequa mercede, qua aliud, dominicum molendinum frumenta molere exspectet; confieri certe potest, ut ea remp. premat indigentia ac pecuniae angustia, quam declinare commode nequeat magistratus, nisi post alia adhibita remedia molendinorum bannalium constitutione reip. labascenti succurrat. Hieronymus Giacharius *in collect. commun. opinion. uerb. molendinum n. 1. et 2.* Rosentahl *de feud. cap. 5. conclus. 26. n. 5.* Tali enim rerum in cardine potior fisci habenda est ratio ac reip. quam priuatorum, molendina forsitan possidentium, bis licet aliquid lucri inde decrescat, Petrus a Petra *de potestate Princip. in frontispicio qu. 7. §. 68.* Anton. Thessaurus *decis. 16. n. 13.* Ludolph Schrader *in comment. ad Instit. part. 2. §. 14. n. 47. et seqq.* Nam uerbis etiam Grotii incomparabilis *lib. 3. cap. 1. §. 2. n. 1. de I. B. et P.* Quae ad finem iuris, qui tali rerum fi-

gura eſt ſalus et conſeruatio reip. ſunt neceſſaria, ad ea ius ſeu facultatem agendi habere intelligimur. Quare ſi reip. ſaluti aliter conſuli nequit, rectiſſime in ſubſidium poteſt bannum molendinarium uocari. Add. Steph. Gratianus *diſcept. forenſ. 89. n. 15.* Riminaldus Iunior *lib. 4. conſil. 370. n. 4.* Praecauendum tamen ſemper eſt, ne ſub praetextu utilitatis ac neceſſitatis publicæ cogatur in burſam propriam, quae collectio fiſco cedere credebatur.

IIX

Alter modus iuſte libertatem reſtringendi molendinariam enatus tunc habetur, quando ſubdita turba *mediante contractu* fidem ſuam obligauit domino, fore, ut pro ſingulis frugum contundendarum menſuris certos quosdam nummos, collectae titulo, in uſus publicos dependant. Quod ſi igitur nunc contra quidam uenire, aliaque in molendina molendorum frumentorum gratia, in promiſſae pauperiem collectae, uadere non reuereantur, tunc dominus territorii, illaeſo iuris ordine, mulctam in illos poteſt inſtituere, qui fidem datam frangere turpiter non erubeſcunt. Exempli facem hoc in puncto nobis praelucet Ordinario collectarum, auctoritate Dn. Comitum Oſtfriſienſium promulgata, *artic. 10.* ubi molentibus extra limites territorii dictorum Comitum non iactura ſolum indicitur frumenti, ſed et centum aureorum mulcta irrogatur. Sic in Ordinatione quoque molendinorum Misnenſium, in der Mühl-Ordnung zu Meiſſen, ſequentia legimus: **Erſtlich ſoll verzeichnet werden, in welche Mühle eine iede Dorffſchafft oder Stadt geordnet. Dieſelbe nun ſollen in keine andere Mühle fahren, noch mahlen bey Verluſt des Korns, ſo der Herrſchafft heimgefallen ſeyn ſoll, und eines halben Gülden Pfand-**

Gelbes deme, der sie beschlägt oder umbtreibet: Und damit sich Niemand der Unwissenheit zu entschuldigen, soll solches den Bauern und Unterthanen angekündiget werden, darnach sich männiglich zu richten. Conferatur Collerus *lib. 2. Oeconom. cap. 3.* Caeterum quaestio hic soboriri posset: *Anne etiam frumentum, extra fines territorii, uel etiam quamcunque saltim in uiam, ad alind molendinum ducentem, molendi causa exportatum, sed in molam exteram uel quamcunque aliam interdictam nondum delatum, cadat in commissum?* Resp. *affirmando:* Delictum enim uolitum, si ad actum aliquem externum, eumque maxime ab exitu malitioso non adeo remotum, progressum sit, nec interceptum spontaneo delicturi motu, aeque graui posse affici supplicio, atque illud, quod metam malignitatis ultimam effectu reuera secuto attigit, Moralistarum scholae determinant. Addatur Bartolus *ad l. 7. C. de nauicul. lib. 11.*

IX

Tertio loco libertati molendina eligendi derogatur, quando iussa publicum *per edictum*, cohorte subdita, ut solius subsidio moletrinae dominicae frumenta sua contusa reddat, eademque forsan contra tale interdictum niti uolente, imperans magistratus uel subditos uniuersos, uel maiorem duntaxat istorum partem, *arg. l. 19. ff. de municip.* retraxit ab omni aliarum molarum usu, suaeque soli moletrinae adstrinxit, hocque in officio de iure communi per triginta annorum periodum, *arg. l. 10. ff. si seruit. uindic.* obtemperantem retinuit. Vide Mantz. *in decis. Palatin. qu. 17.* Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuque priv.* Dominum ab Einsidel *de flumin. th. 42.* Nattam *Cons. 106.* Rebuff *de remed. possess. in praefat. n. 180. f. 767.* Confer et H. Grot. *lib. 2. c. 4. n. ult.* De iure autem Saxon. requiritur

 hoc

hoc in passu, ut subditi per 31. annos, sex hebdomadas tresque dies prohibitione steterint, tantumque per temporis lapsum semper certum aliquod frequentauerint molendinum, Carpz. *Ipr. for. part. 2. Constit. 4. def. 8. et 9. Qua patientia* ad nihilum uenit libertas subditorum pristina, sicque in posterum quoque tempus dominicam frequentare moletrinam coguntur. Et ita quoque, dicente Carpzouio *loc. cit. def. 9.* iudicatum a Dominis Scabinis Lipsiensibus in causa Praefecturae Lichtenvvaldensis, et incolarum Auersvvaldensium et Gormsdorffensium, ad requisitionem Quaestoris zu Lichtenwalde m. Martii 1594. P. P. Da ihr nun darthun und erweisen köntet, daß von der Zeit an, als obermeldte beyde Dörfere in der Amts-Mühle zu Lichtenwalde zu mahlen gedrungen worden, Rechts-verwährte Zeit, als nehmlich 30. Jahr, Jahr und Tag, das sind 31. Jahr, 6. Wochen und 3. Tage verflossen, und die Einwohner bemeldter Dörfer diese Zeit über ohne Verweigerung und Wieder-Rede darinnen gemahlen hätten, so hätte das Amt die Gerechtigkeit einer Zwang-Mühlen durch solche Verjährung erlanget, und wären die Einwohner bemeldter Dörfer in vorgedachter Amts-Mühle nochmals zu mahlen schuldig, V. R. W. Et in controuersia Seyfrieds von Schönfeld, eodem annotante Carpzouio *d. l.* m. Martii 1622. hoc tenore sententionatum: Da nun hiebevorn von euern Vorfahren ihnen den Unterthanen ein gewis Geboth geschehen, daß sie nirgends anders, als in der Mühlen nach Grünberg gehörig, mahlen solten, die Unterthanen hernach bey solchem Geboth beruhet, und über Rechts-verwährte Zeit unverbrüchlich dabey verblieben, und immittels nirgends anderswo, als in dieser Mühle gemahlen etc. So wären sie auch hinführo nochmals in selbiger Mühlen allein zu mahlen verpflichtet, V. R. W. Vbi tamen praetermit-

mittendum non eſt, quod probatio iſtius interdicti ac obedientiae, per tricenale ſpatium praeſtitae, dominicis utique humeris incumbat. Vide Anton. de Padilla *in l. 1. n. 20. C. de ſeruit. et aqu.* Menoch. *Conſ. 1061. n. 28. et ſeqq.* Caepoll. *de ſeruit. urb. praed. qu. 2. c. 50.* Schneidevv. *in Epitom. feud. p. 2. qu 27. n. 1.* Frider. Mindan. *de mandat. iud. lib. 2. c. 38. §. 3.* In dubio enim res omnis libera, et in priſtina ac naturali libertate ſua conſtitiſſe et permanſiſſe creditur, ita ut ſemper contrarium alleganti onus incumbat probandi, Dd. *in l. 8. C. de ſeruit. et aqu.* Menoch. *praeſumpt. 89. per tot.* Gail. *lib. 2. Obſ. 69.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 25.* Conferantur ea, quae ex *Sect. 3.* huc poſſunt adplicari.

X

Quarto ratio quaedam iuſtifica, ob quam magiſtratus olim bannum molendinarium erexit, ſaepe fuit, quod hic indigentiae ſubditorum, qui molendina exſtruere ſumptibus propriis non ualebant, ex officii benignitate conſulturus, molas publicis impenſis exſtructas procurauerat. Quo ſuſcepto pro onere ius cogendi ſubditos, dominicas ſaltim uiſitarent moletrinas, haut praeter rem ſibi attribuit, et pulchre ordinauit, ne forſan ſubditi ex temeritate, non ſine inſigni noxia domini, ulla alia, quam magiſtratus ſui, molendina frequentarent. Vide Neuizan. *conſ. 12. n. 102.*

XI

Quinta ſtatione obuerſantur nobis homines proprii, die Leibeigenen Leute, quos libero molendina eligendi arbitrio a domino iure meritoque orbari poſſe, uarii iuris dominici effectus, poſt alios a Iuſto Meiero *in C. I. A. lib. 1. tit. 5. th. 17. et 18.* propoſiti, ſatis fortaſſe poterunt indigitare.

XII

XII

Sexto conſpectu ſiſtit ſe nobis ille rerum ſtatus, quo nihil ad rem eſt ſubditorum, quam conferant ſe in moletrinam, nec refert illorum quicquam, ſeu domini, ſeu illam alterius cuiuspiam ſequantur; ipſi tamen ultra, quam par eſt, libertati ſuae confidentes, ac proteruia ducti, neglectis dominorum molis, alienas uiſitant, ea ſolummodo fini, ut aegre faciant domino, atque habeant, quod de ſe ſuaque libertate ſublatius dicant. Quid enim, quaeſo, tunc impedimento fuerit, quo minus dominus peruicacem iſtum ſubditorum gregem, dominica ſaltim ut tendat ad molendina, comminatione etiam poenali poſſit urgere? Confer Weſenbec. *part. 1. conſ. 67. n. 18.* Ioh. Köppen *deciſ. 19. n. 10. et ſeq.* Malitiis enim hominum indulgendum non eſt, *l. 38. ff. de R. V.* idcirco pullulantes reſcindendae ſunt, *l. 13. ff. de Off. Praeſ.* Nec eſt, quod quis duri nimis rigoris aſſertum noſtrum arguat: Enim uero non dedecet, quae in unam partem exierunt, in alteram reflectere, ut in uerum tandem modum redeant.

XIII

Septimo numero facit priuilegium, ab inueſtiente, ius banniendi habente, Vaſallo conceſſum, ut non amplius ſit integrum, quam uiſitare uelit ſubditus moletrinam, ſed hanc Vaſalli et domini ſui praeciſe accedere teneatur. Anton. Theſſaurus *deciſ. 16. n. 11.* Non enim ita infrequenter illas moletrinas, quae in fluminibus praeſertim publicis impenſa Principis ſunt poſitae, bonaque ſaepe numero complectuntur pretioſiſſima, in feudum ſolere a Principibus concedi, Henricus Bocerus *tract. de Regal. c. 2. n. 146.* teſtimonio ſuo confirmat. Vtrum uero poteſtas molendina banniendi tranſeat cum inueſtitura gene-

generali, quomodo ſuperioritate territoriali eminentes, welche die Landes-Hoheit überkommen, iuxta Knichen *in tract. de Saxon. priuil. non prouoc. c. 4. n. 61.* inueſtiri fueuerunt ab Imperatore noſtro: mit dem Hertzogthum, Land-Grafſchaft und Marck-Grafſchaft, it. Pfaltz-Grafſchaft und anderen Fürſtenthümen, Landen, Leuten, Lehen, Lehnſchafft, Aemtern, Städten, Stücken und Güthern, Zollen, Geleiten, Renten, Zinſen, Nutzungen, Ober- und Unter-Gerichten, Bergwercken, Saltzwercken, Wildbahnen, ſambt allen anderen dergleichen Lands-Fürſtl. Hoheiten, Regalien, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten: Vel: Mit allen und jeden Fürſtl. Regalien, Herrlichkeiten, Obrigkeiten, Ehren, Würden und Freyheiten, Gerechtigkeiten, Gewohnheiten, benannt und unbenant, allermaſſen wie es von dero Vätern und Vorfahren beſeſſen und innengehabt etc. An uero ſpecialis inueſtitura, qualis celebrata legitur ab Imperatore Ludouico, quando Iohanni, Regi Boiemiae, anno 1319. in feudum largitus eſt das Marck-Grafthum und den Kreis zu Budißin, ſambt Mühlen, Quellen und Flüſſen etc. ad ius molas banniendi requiratur, non omni uacat contradictione: Laudatus equidem Knichen *tract. de ſubl. et reg. territ. c. 5. n. 148.* generalem ſufficere innuit; ſed contraria tamen ueritati magis conſona colligere eſt ex Hering. *de mol. qu. 9. n. 66. uerb. Et in ſpecie cum molendinis quoque inueſtitum.* Tanquam uero omnia priuilegia ita ſunt temperanda, ne laedant ius alterius iam quaeſitum, ceu ipſi Impp. Dioclet. et Maximin. *l. 4. C. de emancip. liber. nec*, inquiunt, *in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri;* ſic recte praeuidendum eſt, ut ius tertio conceſſum ne tali priuilegio uioletur. Secus enim iſta priuilegii poſterioris largitas inefficax abibit, cum ſuggerente *l. 6. ff. qui ſatisd. cog.* paria ſint in iure, omnino non fieri, uel

minus legitime seu non debito modo fieri. Quid? quod ipsa Imperatoria Maiestas, scribente Christophoro Lehmanno *in Chronico Spirensi lib. 5. c. 84.* aliquando priuilegium quoddam, in proprium ipsius emolumentum ordinatum, sed forte fortuna in damnum uergens ciuitatis Spirensis, sequenti antiquauit edicto: *Fridericus DEI gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Ierusalem et Siciliae Rex, per praesens scriptum notum esse uolumus tam praesentibus, quam futuris, quod nos attendentes, quomodo Spirensis ciuitas a Diuis Progenitoribus nostris, Romanorum Imperatoribus et Regibus, potiora fundationis suae receperit incrementa: Considerantes nihilominus douotam fidem, qua nobis et Imperio ciues dictae ciuitatis hactenus adhaeserint, et a modo desiderant adhaerere, iuxta deuotas eorum preces, aquam, quae* Spirbach *dicitur, deductam pro molendino apud* Rechholtz, *quod ereximus ad usus nostros, ipsis restituendum duximus pro suis usibus reducendam. Ita tamen, quod expensae factae circa emptionem et constructionem eiusdem molendini nostrae curiae refundantur. Ad huius itaque rei et nostrae restitutionis memoriam praesens scriptum fieri, et Maiestatis nostrae sigillo iussimus communiri. Datum Fogiae, anno Dominicae incarnationis 1241. m. Ian. quintae decimae indictionis.*

XIV

Octauus punctus ἐξουσίαν cogendi subditos, solius in domini molendinis ut contusa faciant frumenta sua, inde iustitiam sibi attrahit, quod dominus *pactionem* fecerit cum subditis suis, ut sibi soli suo in territorio molendina publica, allgemeine Mühlen, possidere liceat, tametsi uerbis expressum haut sit, quod in bannariorum censu eadem uelit computare. Ratio in promptu est: Quoniam uidelicet in omnibus actibus et negotiis ea faci-

facienda est uerborum interpretatio, ut res, qua de agitur, in tuto sit, atque ut negotium, quod gestum esse perhibetur, potius ualeat, quam pereat, *l 80. de V. O.* et uerba in iure nostro secundum contractus indolem et subiectam materiam capienda esse, decidit *l. 16. ff. de in diem addict.* Qualis autem, quaeso, utilitas ex pacto citato redundaret in dominum, si molendinarium bannum inde non consequetur? Ieiuna certe et inanis euanesceret talis haec pactio, cum fortius ac pinguius inde circa moletrinas ius, quam quilibet iam priuatus habet, Magistratui haut nasceretur. Quod tamen cum iam antea dominus, quippe cui non debet, quod subditis licet honeste, pari uel excellentiori gradu non licere, extra omnem dubietatis aleam tenuerit, qui fieri potuit, ut demum a subditorum agmine istud impetrauerit? Quod enim semel alicuius est, id amplius sibi acquirere nec stipulatione nec ullo titulo alio potest, *ff. 10. de legat. §. 14. de action. l. 3. ff. 4. sub f. de acquir. uel amitt. possess. l. 82. de V. O.*

XV

Non autem praeter rem quaestio hic moueri posset: *Quorum consensu indulgentia illa bannalis in magistratum conferenda sit, numne singulorum ille subditorum requiratur, an uero satis sit Praefectorum cuiusdam societatis consensio?* Resp. Distinguendum hic censemus inter magistratus inferioris disparilem conditionem: Hic enim uel perpetuus est, nec pro ciuium lubitu, utpote cum omnem populi potestatem, a supremo concessam, in manibus habeat, de dignitatis suae gradu potest praecipitari; uel ex mero subditorum arbitrio rei gubernacula tractat publicae, ac proinde quouis fere temporis articulo a subditis exui potest rerum procuratione. Quin ergo prioris ordinis

 ma-

magiſtratus, cum iuxta *Gloſſ. in l. 1. C. de contract. iudic. uerb. pronunciat, in f.* Baronem Schenckium *in Concluſionum Viridiario concluſ. 106.* repraeſentet ex moribus ſocietatem uniuerſam, poteſtatem habeat cum Principe ſuo tale hoc inire pactum, plane non uidetur eſſe dubium. Poſterioris uero generis magiſtratum in detrimentum ſubiecti ſibi gregis nihil audere quicquam poſſe, omnino in propatulo eſt. Ad ſubditos porro quod attinet, primo uidetur intuitu, tanquam ſi maiori a parte iſtorum datus conſenſus ſufficiat ad ualorem talis pactionis, cum quod maior pars (ſeu duae partes tertiae) Curiae effecerunt, pro eo habeatur, ac ſi omnes egerint, *l. 19. ff. ad municipal.* et docente ſubtiliſſimo Grotio, pars maior ius habeat integri, quoniam ea credenda uoluntas fuiſſe in ſocietatem coëuntium, ut aliqua eſſet negotia expediendi ratio: Quae certe obtineri nequit ab iis, qui diſſident uoluntate, niſi una pars ad alterius ſententiam contrariam decurrat. Vt uero maior pars diſſentiens accedat iudicio minoris, ingenium ſtatus noſtri legalis haut permittit. Quibus dictis ſuffragatur inter caeteros Appianus, ἐςι δὲ quando infit, ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον, h. e. tam in comitiis, quam in iudiciis uincit pars maior. Et Curtius *lib. 10.* Eo, ait, quod maior pars decreuerit, ſtetur. Haec tamen doctrina indiſtincte admittenda non eſt: Procedit quippe tantum in conferendis conſiliis de iis rebus, quae communes ſunt pluribus ut uniuerſis, non uero quarum ſinguli ut ſinguli ſunt participes. Poſteriori enim modo quod omnes tangit, debet ab omnibus adprobari, *cap. quod omnes 29. X de R. I. in 6.* Add. *arg. l. ult. ff. Commun. praed.* Quando igitur bannum molendinarium ad ſingulorum qua talium, attinet commodum, conſequens eſt, ut cunctorum quoque conſenſus

ſenſus ad tale hoc pactum, ſi uim ſortiri debeat in ſingulos, nulla cuiusquam diſcrepante ſententia, una uoce conſpiret.

XVI

Nona bannariae moletrinae cauſa iuſtifica prodit, quando ſubditi mediante *iureiurando* fidem dederunt domino, nunquam futurum eſſe unquam, ut aliud, quam ipſius uiſitent molendinum. Iuris enim iurandi religio ſancta ſemper cuſtodienda eſt, *arg. l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* nec ullum uinculum, profitente Romanorum illo prudentiſſimo *lib. 1. Offic.* ad fidem adſtringendam maiores noſtri iureiurando arctius eſſe uoluerunt. Et *lib. 3. Offic.* eodem ratiocinante: Iusiurandum eſt affirmatio religioſa: Quod autem affirmante quaſi DEO teſte promiſeris, id tenendum eſt. Hactenus ille. Iurans nempe non homini tantum, cui iuratur, ſed diuino etiam Numini, quod ad obligationem mediante iurisiurandi actu pariendam etiam ſolum ſufficit, iuramento ſtare obligatur. H. Grot. *de I. B. et P. lib. 2. c. 13. §. 14. et 15. n. 1.* Sed quid ſi molendinum domini id traxiſſet uitii, quo non ſatis idoneum foret ad frumenta tali ſucceſſu pinſenda, ut panis ſatis albus ac palato arridens inde formari poſſet, anne ſubditi, non remorante praeſtiti religione iuramenti, exteri non neminis uiſitare molendinum licite ualebunt? Negantem in ſententiam hic non immerito diſcedimus, quicquid tandem aientis Iohannis Saxion. *in Conſuetudin. Turonenſ. Rubrica de droits de baſſe juſtice art. 7.* opinio uacillans contra nitatur. Defectu namque in contractu emergente, non ſtatim temerario auſu ad reſcindendum contractum deſiliendum eſſe, ſed ad ſupplementum potius eiusdem legitime experiundum, iubent *l. 14. C. de reſcind. uendit. et l. 6. C. de action. empt. et uend.* Hinc ſi dominus

dominus, subditorum querela aures ipsius pultante, in moletrinae structura reparare paratus sit, quod usus diuturnus diminuerat, tunc subdita gens a magistratus sui molendinis abstinere se nequibit.

XVII

Decimus titulus iustitiae banni molendinarii patrocinans est *consuetudo*, in contradictorio tamen obtenta, *aeui* longissimi, quae saepe numero, dicente Alb. de Rosate *tract. de statu lib. 4. qu. 98. n. 5.* in licitum conuerti, quod alias ciuiliter erat illicitum, et testante eodem *l. 2. qu. 2. n. 43.* Papae ac Principis aequiualet priuilegio, et scriptum etiam ius, post hoc si inualescat, infirmare potis est, *ſſ. 11. de I. N. G. et C. l. 32. ſſ. 1. in fin. de legibus*, *SCtis et long. Consuet. cap. f. X. de consuet.* Quod si igitur quis, uigore consuetudinis longissimae, dicto modo moletrinae bannalis possessor sit, accolas ante sequi moletrinam ipsius solitos, legitimis remediis, suum tantummodo bannale molendinum accedant, non iniuria compellere ualebit. Notanter tamen longissimi temporis in ordine ad consuetudinem istam stabiliendam fecimus mentionem: Angustior enim temporis periodus, quae sc. ad 30. uel 40. annos non excreuit, banno molendinario iustae consuetudinis titulum, quantumuis contradictione superueniente illa coacte continuata sit, conciliare nequit. Add. Andr. Rauchbar. *p. 1. qu. 27. n. 1.* Anton. Thessaurus *decis. 16. num. 7.* it. quae superius §. 9. exhibuimus. Sic cautum legimus in der Fürstl. Gothaischen reuidirten Lands Ordnung tit. Mühl-Ordnung, et in der Fürstl. Sächs. Altenburgischen Lands-Ordnung d. tit. Alle Mahl-Gäste, die über Rechts-verwährte Zeit bey einem Müller zu mahlen schuldig und gezwungen, die sollen bey derselben

Zwang-

Zwang-Mühlen bleiben, und von keinem andern Müller aufgenommen werden. Cui assertioni nostrae adiungere placet sententiam, in Curia Prouincilali Saxo-Ienensi, postquam Senatus oppidi Ienae bannum sibi molendinarium in aliqua mola oppidana arrogans, pistores usu alius moletrinae, die Rasen-Mühle nuncupatae, prohibuerat, huiusque dominus libertatem sui molendini in iure erat persecutus, d. 20. Iuni anno 1667. publicatam sequenti formula: Uf erhobene Klage, erfolgte litis contestation, vorgeschützte exceptiones, verführten Beweis und eingebrachte Disputation-Gesetze in Sachen der M. Frau Wittiben und Erben allhier, Actorn und Anwalten, Klägers und producten an einem: Syndicen des Raths, auch daselbst, Beklagten und producenten am andern Theil, erkennen Wir rc. Daß Beklagte dasjenige, was ihnen zu beweisen obgelegen, und sie sich angemasset, so weit erwiesen, daß die Becker in der Tonnen-Mühle zu mahlen schuldig; Wann sie aber daselbst nicht aufkommen und befodert werden können, wird ihnen uf ihr Anmelden, uf anderen Mühlen zu mahlen, billig frey gelassen, V. R. W. Quae ultima sententiae recitatae clausula ansam nobis praebet percontandi, quantum per temporis spatium molentes banniti, die gezwungenen Mahl-Gäste, commorari teneantur, antequam frumentum, in molendinum bannale deportatum, repetere possint, si forsan dominus contusum non procurasset. Quam temporis moram spatio 24. horarum inclusuerunt Tholosan. *S. I. V. l. 18. c. 22. n. 8.* Camill. Borell. *de Magistrat. Edict. l. 4. c. 7. n. 50.* Ioh. Papon. *Arrest. l. 13. tit. 1. Arrest. 1.*

XIIX

Vltimum supplet spatium doctrina Petri Frideri Mindani *in tract. de mandat. iudic. cap. 38. §. 3.* dicentis ibidem, quod

quod ſuprema a poteſtate iuſta de cauſa ſi certus definitus ſit molendinorum numerus, aut prouiſum municipio de quodam molitorum collegio, priuilegis certis donato, hoc rerum ſtatu molendina determinata et conceſſa bannalem genium ſapere, imo bannerariorum naturam omnino induere, tametſi expreſſe conſtitutum non habeatur, ut molendina etiam illa banni ſimul priuilegium ſortirentur.

XIX

De reliquo uentilari poſſet hic (1) quaeſtio: *An Princeps ſummum ac plenum tenens in ſubditos imperium cogere hos, uirtute Maieſtatis ſuae, ex mera uoluntatis ratione ualeat, ut cetum duntaxat aliquod in molendinum molendi gratia ſe recipiant?* Quod Princeps ſummo ac pleno in ſubditam turbam ſupereminens imperio, ius in ſubditorum actiones et bona, uirtute ſummi illius ac pleni ciuilis Imperii, habeat, et actus ſubditorum ſaluo iure naturae coarctare poſſit, poſt alios uir ſui nominis, H. Grot. *l. 2. c. 4. n. ult. et lib. 3. c. 20. ʃ. 52. de I. B. et P.* Magnif. Dn. Struu. *S. I. C. Ex. 43. th. 22.* Hugo de Roy *tr. de eo, quod iuſtum eſt, lib. 3. tit. 3. 4. et 5.* teſtantur. Quin lex a Principe poſita diuinarum ac humanarum rerum omnium audit Regina, *l. 2. ff. de LL.* Interim tamen ubi dominium aut ius quoddam aliud alicui legitimo modo partum eſt, id ne ſine cauſa iuſta, etiam a Rege, eidem auferatur, iuris eſſe naturalis, idem uir omni laudatione ſuperior, H. Grotius *lib. de I. B. et P. c. 14. ʃ. 8.* haut diffitetur. Quando igitur, ut ſuperius quoque demonſtrauimus, facultas eundi ad molendina in cohorte actuum merae facultatis ſtationem ſibi ſuam uindicat, et ſic quiuis mortalium illa ipſa a iure naturae eſt dotatus, hinc citra aequita-

tis

tis naturalis laesionem, ne quidem a Principe absoluto, ista subditis libertas potest auferri, Schurff. *part. 2. cons. 32. Consult. Constit. Saxon. l. 2. p. 5. qu. 4.* Confer et Roland. a Valle *vol. 2. cons. 22. n. 23.* Anton. Thessaur. *decis. 16. n. 1. et 2.* Henric. a Rosentahl *de feud. cap. 5. conclus. 25. n. 3.* Andr. Rauchbar *in Gl. p. 1. qu. 27.* Pure enim liberum denominatur, quod libertatem a iure publico aut gentium habet concessam, et omnem alterius consensum aut impeditionem excludit. Vide Anton. Hering *de fideiussor. c. 6. n. 5.*

XX

Instare quidem hic aliquis, et obtendere posset fisci emolumentum. Verum enim uero non statim honesti et liciti nomine dignandum est, quod in publicum prodest. Vtilitas enim non debet esse mater honestatis, sed honestas potius mater utilitatis. Neque etiam eo usque ualet ius imperii, ut lucri cuiusdam gratia liceat subditis libertatem eripere. Regulariter enim et citra necessitatis casum uoluntas et facultas iurisdictioni non subsunt, *l. 61. ff. de pact. ibique. Dd.* Quin ipso etiam iure naturae aequum est, neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiorem, *l. 209. de R. I.* Qua cum iisdem fere syllabis concordat *l. 14. de condict. indeb.* Congemina tradit *Cic. lib. 3. Offic.* ubi: Alteri, ait, aliquid detrahere, et suum augere commodum cum alterius incommodo, magis est contra naturam, quam ipsa mors, dolor et paupertas. Nam primo tollit conuictum humanum et societatem communem; nam si ita sumus affecti, ut propter suum quisque emolumentum uiolet aut spoliet alterum, disrumpi necesse eam, quae maxime secundum naturam est, humani generis societatem. Hactenus Arpinatum gloria. Duo namque sunt, quae societatem

omnem conferuant, iuftitia et amicitia. Quae pofterior et amorem fubditorum erga Principem complectitur. Nullum quippe Imperium, ceu Nepos in Dione diuine monet, tutum eft, nifi beneuolentia munitum. Qui uero fieri poteft, ut ament fubditi Imperantem, fi iura ipfis quaefita hic auferre ftudeat? Ipfe enim qui non eft amabilis, fruftra ab aliis cupit amari, et, ceu Iofeph. Scaliger effert: Princeps ipfe amari non poteft, nifi amet. Hinc etfi uel maxime quis largiri uellet, Principem ui Maieftatis fuae, aut etiam fuperioritatis territorialis, Kraft Fürstl. Hoheit und Landes-Obrigkeit, quam in omnes fubditos extendit, non minus, quam collectarum indictionem, bannum molendinarium ordinare poffe, uide Arnold. Clapmar. *de arcan. Imperii lib. 1. c. 21. et lib. 4. c. 16.* attamen hic probe ponderandum, quod ex libertatis imminutione de facili poffent coniurationes fuboriri. Confer Arift. *lib. 5. Politic. cap. 6.* Tacebo, quod noftrum quantum attinet Imperium, Iuftinianus *l. un. C. de caduc. toll.* adeo fplendide fequentem in modum de fua pollicetur munificentia: *Tantum*, inquiens, *fuper eft clementiae, quod fcientes etiam fifcum noftrum ultimum ad caducorum uindicationem uocari, tamen nec illi pepercimus, nec auguftum priuilegium exercemus: fed quod communiter omnibus prodeft, hoc priuatae noftrae utilitati praeferendum effe cenfemus, noftrum effe proprium fubiectorum commodum Imperialiter exiftimantes.*

XXI

Nec ulterius quis urgere habet, fidem magiftratui datam et obfequium debitum obligare fubditos, ut magiftratui, bannum molendinarium inftauranti, obtemperent: Haec enim non impediunt, quo minus quis libertate fibi relicta uti poffit, Meu. *decif. 60.* Princeps enim non

non minorem ſubditis fidem debet exſoluere, quam ipſi ſubditi praeſtare Principi tenentur, Weſenb. *part. 5. conſ. 202. n. 11.* quamuis iurisiurandi religionem, propter reuerentiam Principi debitam, ab eodem ſubditi exigere alicubi haut ſoleant, Vide Schurff. *cent. 3. conſ. 10. n. 20.* Quid? quod moribus noſtratium per quamuis fere rempubl. ſanctiſſimo Chriſti nomini fumantem, in conſuetudinem abiit, ut Imperatores, Reges, Duces, Comites caeterique Dynaſtae tempore inaugurationis, medio etiam iureiurando fidem ſuam obligare adurgeantur, **daß ſie ihre Stände und Unterthanen bey ihren alten wohlhergebrachten Freyheiten und Gerechtigkeiten laſſen, ſchützen und handhaben wollen.** Confer Maulium *de homagiis tit. 1. n. 11. et ſeqq.* Bald. *in. c. 1. n. 8. in f. Qual. domin. propr. feud. priu.* Tenere igitur datam Principes debent fidem, et facere omni ſtudio, ut promiſſa ſua ſeu iurata ſeu iniurata, ſeu expreſſa ſeu tacita, ipſo etiam effectu adpareant. Nam et eorum, qui ſummam habent poteſtatem, pactiones iure naturae reguntur, H. Grot. *de I. B. et P. lib. 2. cap. 11. §. 5. n. 3.* Ad iuris quippe naturalis obſeruationem Reges omnes tenentur, id. Grot. *loc. cit. lib. 1. c. 3. ʃ. 16. n. 1.* Et fidem fallere in priuato eſſe probroſum, in Principe abominabile, uulgo etiam ſolet perhiberi. Quin imo quoniam ipſe DEVS, qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt, contra naturam ſuam facturus eſſet, niſi promiſſa praeſtaret, ſec. illud *Hebr. 6. u. 8. it. c. 6. u. 23.* inde ficulneo nexu concludimus, promiſſorum praeſtationem uenire ex natura immutabilis iuſtitiae, quae DEO et omnibus his, qui ratione utuntur, ſuo modo communis eſt, H. Grot. *de I. B. et P. lib. 2. c. 11. ʃ. 4. n. 1.* Nec eſt, quod quis obiiciat, tali ex pacto derogari ſummitati Imperantis adeo, ut ſic paciſcens non amplius pro ἀνυπευθύνῳ aeſtimandus. Reſpondet quippe ipſe H.

Grot. *lib.1. c.3. §. 16. n.1.* Non definit, inquiens, summum esse imperium, etiamsi is, qui imperaturus est, promittit aliqua subditis aut DEO, etiam talia, quae ad imperii rationem pertinent. Vide plura loc. cit.

XXII

Ex dictis igitur satis, puto, constare potest, quibus positis circumstantiis licita aut illicita sit banni molendinarii instauratio. Quam quidem indiscriminatim forsan quis impugnare posset eo nomine, quod iniqui species monopolii esse uideatur. Cui opinioni ut occurratur, ex re esse arbitror, conueniamus prius in eo, quid sit monopolium, et quotuplex. Est autem illud in suo latifundio consideratum negotiatio, a persona unica, uel physice uel moraliter tali, circa rem aliquam sibi soli arrogata aut impetrata. Hoc iterum diuiditur in licitum et illicitum. Licitum dicitur illud, quod publicae utilitatis aut necessitatis causa sine iniuria alterius exercetur.

XXIII

Videri equidem poterat, tanquam si Iurisprudentia communis omnia reprobet monopolia, quippe commerciorum libertati, a natura datae, contraria, et uetita pluribus Imperii sanctionibus, *l. uidel. un. C. de monopol.* R. A. zu Cöln anno 1512. §. und nachdem etwa, R. A. zu Nürnberg anno 1524. §. it. dieweil, R. A. zu Augspurg anno 1530. §. und nachdem etwa, Policey-Ordnung zu Augspurg anno 1548. tit. die monopolia und schädliche Fürkaufe betreffende, et zu Franckfurt de anno 1577. tit. 18. Verum, quemadmodum omnia in iure ciuiliter et ex ratione diiudicanda sunt, ita dictae Constitutiones Impera-

peratoriae non de omni, ſed eo ſaltim monopolii genere intelligendae ueniunt, quod damnoſum eſt reip. uel derogando citra iuſtam cauſam libertati commerciorum, omnibus et ſingulis adhuc permiſſae, uel occaſionem offerendo annonae flagellationi, uel ea commoda, quae omnibus prodeſſe debebant, ad aliquorum duntaxat auaritiam deriuando. Id quod uel inde etiam ſatis liquet, quod recentiores Conſtitutiones non ſimpliciter et indefinite monopolia prohibeant, ſed expreſſe reſtringant interdictionem ſuam ad monopolia ſaltim perniciosa, betrügliche, gefährliche und ungebührliche Vorkaufe. Quaecunque igitur captioſum ſubditorum bonis haut proponunt laqueum, nec alio modo laedunt iura reip. illa legibus adeo non ſunt uetita, ut potius omni iure adprobentur, maxime cum quaedam adprime utilia ſint, imo neceſſaria, dum uidelicet ea quandoque aerarium premit indigentia, quae alio modo, ad ſartam tectam rem ſeruandam publicam, nequit declinari. Qua rerum facie uel ipſa monopolia inſtituta Principem reddunt magis amabilem, quia ſic inſolitis tributorum grauaminibus, ſubdito gregi alias imponendis, commode elabi poteſt. Non ſolum igitur licitum, ſed et laudabile euadit monopolium, quod magiſtratus tempore in primis neceſſitatis aliasque ad ſalutem reip. exercet. Scaccias *de commerc. et camb. part. 3. qu. 7. §. 1. u. 15. et ſeq.* Et in ſpecie quoque culpa uacare illud dicitur, quod magiſtratus ſibi uindicat, negotiatione nimis ampla capiente incrementa, ita, ut ſubditi nimiam pecuniae uim inde facere habeant, Klock *de aerario lib. 2. cap. 9. n. 13.* Quatenus enim in commercia et opificia per naturae ius eſt ſuperioribus relictum arbitrium, eatenus ceſſat monopolii prauitas: Quodque Princeps mandatis etiam poenalibus iubere poſſit, ut ſua Principis tantum ex clauſura, mer-

cantiae destinata, subditus populus, eodem praesertim pretio, quo alii extrudunt, sal sibi comparent, docet Abb. *in c. 26. x. de V. S.* et Alciat. *cons. 117. n. 20.* Conf. Carpz. *l. 1. Resp. Elector. tit. 5. Resp. 42. n. 11.* Et sic etiam Rex Galliarum, referente Marq. Frehero *de monetis f. 48.* iuste exercet monopolium salis, quod in horreis Regiis recondi solet, supplicio in eos capitali constituto, qui aliunde, quam dictis ex horreis sal emere non reformidant, qua de re uid. Thuanus *lib. 5. histor. f. 153.* Caeterum potest ipsis etiam subditis, si iusta ac probabilis subsit causa, monopolia concedere magistratus, H. Grot. *de I. B. et P. lib. 2. c. 12. §. 16.* Ibi enim: Monopolia, inquit Vir nominis sui reus, non omnia cum iure naturae pugnant, nam possunt interdum a summa potestate permitti iusta de causa et paetio constituto: Cuius rei exemplum nobis illustre praebet Iosephi historia, cum is vice Regia Aegypto praeesset. Vide pl. d. l. Sic in Germania fere receptum, ut salis mercatura a solis tractetur ciuitatibus, non item a pagis, Klock. *de aerar. lib. 2. c. 9. n. 15.* Imo potest et a mere priuatis μονοπωλεία erexceri, aequo duntaxat compendio, ceu ipsa summi Grotii uerba *l. cit.* habent. Praesertim quippe inuentoribus rei cuiusdam nouae, et in publicum utilis, praemii loco recte tribui, ut per certam temporis periodum et soli elaborent, solique uenundent illam, Marcellus *in Tiberio c. 21.* exponit. Quin accedit haut rarenter et ipsa necessitas, ut quaedam mercimonia ac opificia, in quae magnae agendae sunt impensae, priuilegio speciali certis tantum quibusdam personis concedantur, ne ab omnibus segniter culta, sicque ueram nulli utilitatem afferentia, tandem plane penitus a plerisque omnibus derelinquantur, adeoque inepti cultores per istius exercitium mercimonii aut opificii, non sine

ſine peſte ciuitatis, ſe perdant conſimul aliosque depauperent. Confer copioſius hanc in rem differentem Marqv. Freherum *in tract. de iure mercatur. ſingul. l. 4. c. 7. n. 2. et 3.* Monopolia tamen haut poſſe inſtitui, niſi auctoritate eius eorumue, qui *τὸ κύριον* in republ. obtinent, tradit Roland. a Valle *uol. 2. conſ. 22. n. 9.*

XXIV

Monopolium illicitum, definiente Dn. Fritſchio *in commentat. ſynopt. ad l. un. C. de monopol. c. 3. n. 13.* eſt lucroſa unius uel paucorum, libertati commerciorum contraria, cum aliorum iniuria et reip. damno coniuncta negotiatio, ein ſchädlicher eigennütziger Vorkauf. Cuius noxii ſpecies monopolii inter caetera committitur, ſi dominus ſorditudine liueſcens cogat ſubditos, ſoli ipſi, nec alteri cuidam fruges uel alia uendant: Quocirca et omne id, quod tali ratione per auaritiam ordinatur, ualore omni deſtituitur, Meu. *part. 2. deciſ. 79. n. 7.* ibique plures allegati. Eſt enim omne monopolium illicitum, quippe quod indiſtincte publicum ſubuertit egregium, adeo odioſum, ut ne quidem a ſummo Principe inſtitui aut concedi queat, *l. un. C. de monopol.* ubi Doctores omnes una uoce illius in deteſtationem conſpirant. Vnde etiam ſequitur, quod nulli iſtud ſubiaceat praeſcriptionis modo. Siquidem quod non eſt ceſſibile, neque idem eſt praeſcriptile. Quorſum facit etiam, quod tantum ſaltim praeſcribatur, quantum poſſidetur *l. 1. §. 4 ff. de itiner. actuque priu. l. 18. §. f. de acquir. poſſeſſ.* Iam uero intrinſece turpium nulla datur poſſeſſio, ergo nec ulla eorundem praeſcriptio procedet. Quin plane prohibitum eſt impetrare priuilegium, quod ſapiat *μονοπωλίαν*, *d. l. un. pr.* Hinc tale priuilegium nec a iudice aeſtumari debet *l. f. C. ſi*

con-

contra ius uel util. publ. Quicquid enim uel monopolium saltim sapit, ipso iure nullum est, *d. l. un.* Quid? quod adeo seuera est turpium monopolium interdictio, ut magistratus inferiores, iisdem conniuentes, urgente fiscali, centum auri marcis mulctare iubeat *R. I. de anno 1548.* §. Zu dem soll.

XXV

Tandem uero (cum iam nimio fortassis spatio extra oleas uagati simus) ut controuersiae motae decisionem feramus, sentimus cum Dn. Fritschio *ad L. un. C. de monopol. cap. 13. n. 3.* quod licet Socin. *uol. 2. cons. 272. n. 5. et 6.* Boërius *decis. 125. n. 4.* Ioh. Köppen *decis. 20.* Andr. Rauchbar *lib. 1. qu. iur. 9. 27. n. 11. et seq.* arbitrentur, monopolii iniusti esse speciem, si magistratus citra praegnantem causam iniungat subditis suis, ne alio, quam ipsius magistratus in molendino frumenta sua molant; reuera tamen talis prohibitio non sit *μονοπολεία*, cum hae sit negotiatio et rerum uenalium, ad uictum et amictum necessariarum, commercium, quae tali de interdicto nemo certe, qui uel pauxillum saltim aceti adhuc in pectore habet, affirmare conabitur. Quam negatiuam uberius ex *d. l. un. C. de monopol.* Rubrica, nec non ex poena monopoliis ipsis ac monopolicam saltim prauitatem redolentibus distincte constituta, probatam dedit saepe laudatus Dn. Fritsch. *l. c.* allegans ibi autoritatem Lud. Molin. *tr. 2. de J. et J. Disp. 345.* Licet haec omnia pacta, inquientis, sint iniqua et in reip. detrimentum facta, eademque in *l. un. C. de monopol.* prohibeantur, prohibentur, tamen ut pacta monopoliis distincta, idque constat ex *d. l.* Rubrica et ex poena ibidem constituta, quae distincta est a poena monopolii aut monopoliis decreta. Relinquitur ergo quam certissimum, quod talismodi magistratus interdictum non quidem ipsa sit monopo-

nopoliorum ſpecies, ſed affine quoddam et analogum eorundem nominandum. Quem enim ad modum monopolia libertati commerciorum aduerſantur, et cum iniuria damnoque aliorum coniuncta, pro fine proprium lucrum et quaeſtum habent; ſic iniuſtae huius cenſus prohibitiones libertatem ſubditorum notabilem partem euertunt, ſolumque prohibentis cum iniuria ſubditorum emolumenta adſpirant. Cuius furfuris numero tantum non innumera occultantur quandoque priuatorum auſa turpia, quae tanquam affinitate aliqua monopoliis propinqua, taxata uidere eſt tum *in l. cit. un. C. de monopol.* tum paſſim a Doctoribus, et nominatim a Peretz. *ad d. l. un. C. v. 2.* Klock. *de aerar. lib. 2. c. 26.* Magnif. Dn. Struu. *in S. I. C. Ex. 48. th. 80.*

XXVI

Praeterea inquiri non incommode hic poteſt ulterius: *Cuinam iurisdictionis ſpeciei, altaene an baſſae, cura et inſpectio molarum tribuenda ueniat?* Antiquis temporibus molarum cenſuram Praefecto annonae, dem Proviant-Meiſter, incubuiſſe, complures ſcriptores, et in primis ab Hering. *de molend. qu. 45. n. 35.* annotati, memoriae prodiderunt. Recentioris uero aetatis moribus, centenae ſeu ſuperiori iurisdictioni molarum inſpectionem annumerat Knichen *de iure territor. c. 4. n. 252.* ſed rectius eandem iurisdictioni baſſae ſeu inferiori conuenire, tradit Beſold. *p. II. conſ. 2II. ibi:* Daß regulariter die Mühl-Beſchauung nicht der Hohen, ſondern vielmehr der Nieder-gerichtlichen Obrigkeit zuſtehe und anhängig ſey, weiln ſie zu dem Ende geſchicht, daß in der Mühlen eine rechte Ordnung gehalten, und Niemand überſetzet werde. Confer Ordinat. prouinc. Saxo-Gothanam tit. von den Müh-

 len.

ſen. Hoc tamen, quemadmodum operoſe deduxit laudatus Beſold. *l. cit.* indiſtincte admittendum non eſt; ſed ſi crimen in molendino patratum ſit atrocius, Praefectus molendino, baſſa tantum iurisdictione, delinquentem remittere puniendum tenetur. Sic frumentum ſi quis ex molendino affectu furandi abſtuliſſet, ac ſec. **Landrecht**, *lib. 2. art. 13.* ibique declarationem ſub *lit. C.* annexam et *lib. 2. art. 59. in f.* Carpz. *prax. crim. p. 1. qu. 38. n. 10.* rotae ſupplicio (quod tamen per *Conſt. Elect. 4.* immutatum uidetur eſſe) afficiendus foret, huius crurifagii non tantum exſecutionem, ſed inquiſitionem etiam alta iurisdictione imperans omnino ſuſcipere deberet. Vid. **Peinlichen Sächſiſchen** Inquiſition **und Achts-Proceß** *tit. 1. art. 1.*

XXVII

Quam uero neceſſaria ſit ad humani conuictus rationem molarum cura aſſidua, uerſutum molitorum quorundam docet ingenium. Sicut enim tantum non omni in ſocietate humana, uitio ſeculi noſtri, furum plena ſunt omnia; ita nec molitorum in grege de facili quis reperiet, quod hoc in paſſu deſiderare habeat. Quid? quod eo usque rapacitas iſtorum hodie graſſata eſt, ut uulgo etiam dici ſoleat: **Der Müller iſt from, der Haar auf der Zungen und in der Hand hat.** Cui gemini ſunt lepidi iſti uerſiculi, a Reinhardo quodam Lorichio Hadamario lib. 2. aenigmat. concinnati, ita ὥσπερ λόγῳ σπουδῇ καὶ χαριεντισμῷ μεμιγμένῳ iocantes:

In -- mola miror cur nulla ciconia nidos
Exſtruat: An metuit, molitor ne ſubtrahat oua,
Surripiatque ſuos, ut fur eſt undique, foetus?

Et

Et iterum:

Est aliud prudens bene quod natura parauit,
Nil molitori aeque suspicor esse bonum:
Ipsius totum namque hoc defendit honorem,
Et seruat famam, quae peritura foret:
Quod saccis hominum non est concessa loquela,
Hinc nequeant dominum prodere uoce sua.
Indicio illorum fieret manifesta rapina,
Quam furtim nunc et dissimulanter agunt.

Et alius non nemo laudes scilicet molitorum subsequo clarauit Teutonico duro:

Ein Schalck und Müller
Eins Meisters Schüler
Seind, und Gesellen
Geschickt zum stehlen,
Doch haben die beyd
Einen Unterscheid,
Der Schalck zur Buß,
Dem Müller beut man noch den Gruß.

Caeterum de rapacitate molitorum expresse scripsit Guarinonius.

XXIIX

Summam igitur curam impendere debet (1) magistratus, ut licentiae molitorum, ordinem rectum saepe saepius euaganti, fraena iniiciat bonas constituendo leges: Quales sunt, v. g. Daß der Müller, ehe er die Mühle zurichte, den Stein mit allem Fleiß haue, denselben nicht mit Kleien, sondern mit seinem eigenen und anderen guten Korn, wie es sich gebührt, recht wohl bemahle,

 und

und den Stein vollständig speise, das Korn nach der Becker Art mit allem Fleiß mahle. rc. Weil auch dem Mehl im mahlen an seinem pondere nichts abgehet, sondern vielmehr einen Zuwachs bekompt, der nichts (weil er gar geringe) zu achten, ist in allewege darauf zu sehen, daß der Müller die behörliche und völlige Gewichte aus der Mühle liefern soll und muß. Und also bestehet die Prob im mahlen secundum quantitatem mensurae atque ponderis. Wofern aber das Korn oder Weizen mit Wasser besprenget oder genetzet, muß der Zugang des Wassers am Gewichte wieder aus der Mühlen geliefert werden. Confer Hering. *de molend. qu. 45. n. 42.*

XXIX

Inprimis autem determinare conuenit modum mensurae, quam mercedis loco molitores seu domini, seu proprium,* uel etiam utrique commune in granarium, ex frumento mola contundendo reportare licite ualeant, cuius rei exemplar nobis praebet Ordinatio molendinaria Misnensis tit. Wie sich der Müller mit dem Metzen verhalten solle, ubi ita: Es soll dem Müller ein gleicher Scheffel mit draufgebrandtem Wapen, der da mit dem N. Korn-Scheffel gestrichen übereinkompt, in die Mühle gegeben werden, und darzu eine rechte Metze mit aufgebrandtem Wapen, derer N. einen solchen gestrichenen Scheffel austragen, zugestellet werden, damit der Müller allerley Getreide, ausserhalb des Maltz-Metzens, und von einem ieden Scheffel eine solche gestrichene Metze nehmen soll. Porro circa polentam idem modus *loc. cit.* designatus est, et sequentia subnectuntur: Der Müller soll auch über solche vorgemeldte Ausmetzung, bey Vermeidung unser Strafe, Niemand weiter beschwehren.

Quod

Quod interdictum Ordinatio prouinc. Saxo-Gothana de anno 1653. tit 46. et Ordin. Saxo-Altenburg. de anno 1589. tit. 95. iniungunt hac comminatione: Es soll sich auch bey Vermeidung Leibes-Strafe ein jeder Müller an dem ordentlichen Metzen genügen und sättigen lassen, und darüber ferner nicht greifen. Porro pergit supra citata Ordin. Misnens. *l. cit.* Es sollen auch in der Mühlen unterschiedliche Metz-Kasten, darein ein iedes Getreid insonderheit geschüttet werden soll, als einer zum Weitzen ꝛc. gemachet werden, welche alle und ein ieder insonderheit verschlossen seyn, und Niemand anders, dann der Befehlhaber, welcher auch bey dem Ausmetzen mit zu seyn verordnet, die Schlüssel darzu haben soll.

XXX

Sic abstineant se molitores, ne diuersorum molentium commisceant frumenta, utique conueniens est, et in Ordin. Tyrolens. lib. 6. tit. 43. ita quoque cautum legitur: Die Müller sollen einem jeden sein Getreide mahlen, und keinem sein Getreid oder Mehl unter des andern Getreid oder Mehl vermischen. Idemque praecipit Ord. Prou. Altenb. tit. Mühl-Wage, ibi: Es soll auch ein jeder Müller das Getreide oder Mehl nicht untereinander mengen, sondern einem jeden sein Guth alleine und besondern mahlen.

XXXI

Porro molitoribus imperandum est, ut frumenta prius ad molectrinam delata, prius quoque contusa faciant, nec quicquam hac in parte diuitum dent gratiae eosdem praeferendo, nec inuidiae indulgeat non bene erga se animatis moram afferendo: Sicut iubet etiam SE-

RENISSIMVS ELECTOR SAXONIAE in Ordinatione molendin. auf dem Unstrut-Strom, uersu: Zum 25. soll ein jeder Müller schuldig seyn, seine Mahl-Gäste nach rechter Ordnung, wie die zu Mahlen bringen, und in die Mühle kommen, mit dem Mahlen zu befördern. Et SERENISS. DVX SAXON. in Ordin. Prou. Altenb. *d. l.* Sie (die Müller) sollen auch stetig, die zum ersten in die Mühle kommen, nacheinander, und keinen vor dem andern fördern noch fertigen: Quemadmodum uero nulla ferme regula suis uacat exceptionibus; ita et hic duae eminent restrictiones, quarum prior *l. cit.* sequentibus subnexa est uerbis: Es wäre denn ein Armes, das viel Kinder und kein Brod hätte. Altera est, si quando dispar est molentium conditio, dum alii ex mero arbitrio, alii uero adstringente quadam necessitate, praecise ad certum aliquod molendinum frumenta sua molenda deportarunt. Tali enim diuersitate adparente, hi molendinum etiam posteriores accedentes illis uenientibus prioribus omnino praeferendi esse uidentur. Vide Cardin. Tuschum *Conclus. pract. tom. 4. conclus. 465.* Et ita quoque prouisum est coactae alicubi molentibus in Ordin. Prou. Saxo-Altenburg. tit. Mühl-Ordnung: doch daß die Zwang-Gäste vor allen anderen gefördert, wie auch sonsten in Mühlen insgemein die Nachbarn für frembden Mühl-Gästen billig vorgezogen werden. Sed quid si pistores quoque ius sibi arrogent praelationis? Resp. Non aeque ad illos hoc pertinet, sed pariter cum caeteris ordinantur ex regula: Qui prior est tempore, iure potior esse uidetur, *cap. 24. in f. x. de iure patron.* et: Wer erst kömpt, der mahlet erst. Confer Dn. Fritsch. *tract. de iure fluuiat. part. 3. p. 44.*

XXXII

Praeterea obseruatione omnimoda semper et ubique dignandum esse censemus, quod a POTENTISSIMO ELECTORE SAXONIAE in Ordinat. molendin. art. 2. legimus: **Daß kein Müller oder Mühl-Herr, des die Mühle eigen ist, einen neuen Fachbaum legen soll, ohne beyseyn und zuthun der geschwornen Müller und Nachbarn, so unter und über ihm Mühlen haben, und alsdenn soll dem neuen Fachbaum über dem Mahl-Pfahl mehr nicht denn ein einiger Zoll zugeleget werden, bey** Poen **fünfhundert Gülden dem Landes-Fürsten zu erlegen.** Quam dispositionem cum Doctores olim quidam haberent ambiguam, utrum ad omnes indistincte moletrinas aquaticas, et in publicis fluminibus et in priuatis riuis exstructas, extendenda foret, multique eandem ad solas in fluminibus publicis aedificatas, **die in den Haupt-Wassern, als da seind die Saale, Elster, Lüppe, Pleiße u. d. g.** restringendam esse decertarent ideo, quod defendente Modest. Pistor. *uol. 1. consf. 19. n. 3. et seqq.* utique quilibet in flumine suo priuato pro mero arbitrio molendinum nouum exstruere, uetus reficere, destructum suo modo reaedificare, citra uicini consensionem, etiam in detrimentum ciuile uicini molendini, omni iure ualeat: Ad omnia tamen, siue in publico, siue in priuato flumine posita molendina dictae Ordinat. *art. 2.* pertinere, quoniam generaliter ille conceptus, atque insuper maius et minus haut uariant speciem, sed qualitatem tantum sec. Gl. *in l. ult. §. quoties 3. uerb. anno. uers. Sed haec differentia ff. de publican. et uectigal.* Gail. *lib. un. de arest. Imperii cap. 4. n. 4.* it. quia ratio in dict. art. adiuncta moletrinas aeque in priuatis et paruis, atque in publicis magnisque fluminibus aedificatos stringit, adeoque ubi eadem subest ratio, ibi nec diuersum ius adpli-

adplicare fas est, *l. 108. de V.O.* conclusit celeberrima Curia Prouincial. Lipsiensis in causa Hildebranden von Einsiedel, actoris ab una, Christoph von Creutzen Wittibe und Erben, reorum ab altera parte, d. 29. Maii anno 1619. sequenti forma: Aus denen Acten so viel zu befinden, daß Beklagter die Erhöhung des Fachbaums abzuschaffen, und denselben bis zu rechter Höhe gäntzlich abzuschneiden, sowohl auch die neu aufgeführte Mauer zwischen dem Weer und Mühlen wiederum niederzuwerfen, und das Weer bey voriger, und vor Alters hergebrachter Höhe bleiben zu lassen, und er in die Strafe, der Mühl-Ordnung einverleibet, gefallen, hierüber die verursachten Schäden, Gerichts- und andere Unkosten Klägern zu erstatten schuldig, V. R. W. Quam sententiam non per Leuterationem solum, sed et in Dicasterio Adpellationum Dresdensi roboratam, et 25. April. anno 1621. exsecutioni datam fuisse, annotauit Berlich. *decisionum aurear. part. 2. decis. 176.*

Plura de legibus molas attinentibus exhibet Coler. *lib. 2. tract.* von Mühl-Nutzungen. Instrumenti uero de locat. conduct. molendin. concepti, siue einer Müller-Bestallung formulam Celeberrimus Dominus SEROTINVS in appendice der Teutschen Secretariat-Kunst adornauit.

XXXIII

(II) Ad magistratus pertinet procurationem, molitores cum seruis suis ut urgeant, quo iuramenti religione pro implendis legibus praescriptis, et euitanda omni fraude fidem suam adstringant. Nam iuxta illud Halicarnassensis: τελευταία δὲ πίστις ἅπασίν ἐστιν ἀνθρώποις ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἣν οὐδεὶς πώποτε ἀναιρέσει χρόνος, ἡ δι' ὅρκων καὶ σπονδῶν ἐγγυητὰς

Θεούς

Θεοὺς ποιουμένη τῶν συμβάσεων, h. e. Vltima fides inter homines tum Graecos tum Barbaros, quam nulla delebit aetas, eſt ea, quae per iurata pacta ſponſores adhibet Deos. Et Procopio auctore Perſicorum II. ὅρκος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τῆς εἰς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον, Iusiurandum ab omnibus habetur ultimum atque firmiſſimum et fidei mutuae et ueracitatis pignus. Cuius rei rationem aſſignat Ariſtot. *in Rhetor. ad Alexandr. c. 18.* οὐδεὶς ἂν ἐπιορκεῖν βούλοιτο φοβούμενος τήν τε παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην, καὶ διεξιέναι, ὅτι τοὺς μὲν ἀνθρώπους λαθεῖν ἐστι, τοὺς δὲ θεοὺς οὐκ ἔστιν, i. e. Nemo certe peierare uellet, cum diuini ſupplicii metu, tum decoris apud homines. Eritque ſubdendum, latere homines poſſe, Deos autem non poſſe. Quod punctum obſeruatum quoque eſſe a Potentiſſimo Electore Saxoniae, expreſſe innuunt uerba ordinationis molendinariae: Der Befehlhaber soll den Müller sambt seinen Knechten vereyden, daß sie sich dieser Ordnung gemäs mit Vermeßung und sonsten allenthalben getreulich und fleißig verhalten, unser bestes wissen, und Nachtheil vorkommen sollen. Vide Coler. *in Oeconomia part. 1. lib. 2. cap. 3. et cap. 15.*

XXXIV

Verum nec iura dare et iuramenti praeſtationem exigere ſufficit, ſed obſeruandum inſuper ſedulo eſt, num quis de grege audaculo rumpat eadem, et hoc ſi fiat, debitum a uiolatoribus ſumendum eſt ſupplicium, ſi maculoſum edomare nefas uelimus. Neque enim minus uere, quam eleganter Poëta modulatur:

Quid tristes querimoniae,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
Vanae proficiunt?

Et maxime cum haut leuis momenti incommoda ex perfidia molitorum redundent in uniuersam fere remp. scrupulosa molendinorum inspectio, adhibito etiam peritorum in arte molendi artificum iudicio, pluries iteranda est, et seuere in fraudes molitorum animaduertendum, eaedemque pro ratione malitiae mulctis uel etiam poenis membrorum afflictiuis sunt amouendae. Id quod egregiae ingeminat saepius dicta Ordin. Prouinc. Saxo-Altenburg. tit. Mühl-Ordnung §. zum achten, ubi sequens ita minitatur sanctio: Es sollen die geschwohrnen Müller neben dem Gerichts-Herrn, im Jahr zweymahl die Mühlen besichtigen, und da einer unrecht befunden, der soll unnachläßig, nach Gestalt und Grösse der Verhandelung, gestraft werden. Item Ordinatio Prouinc. Saxo Gothana reuisa *tit. praelaudato:* Und auf daß durch die Müller mit dem Metzen keine Gefährde gebraucht werde, so verordnen Wir hiermit, daß ein jeder Ambtmann, Schösser und Gerichts-Herr solche Besichtigung der Metzen, auch der Mühlen in eines iedem befohlenen Ambt und Gerichten alle Quartal fürnehmen, und welche Müller Straf-würdig befunden, die Strafe von denselben Müllern eingebracht und dem Gerichts-Herrn über die Mühlen zugestellet werden soll. Add. Renatum Choppinum *lib. 1 de legibus.* Andium. *cap. 24.* Knichen *de iure territor. c. 4. n. 313.* Carpz. *p. 4. Const. Elect. 41.* ubi sequens subtexit praeiudicium: So möchte er (der Müller) wegen solches begangenen und bekanten Diebstahls, und daß er den Leuten, so bey ihme in der Mühlen gemahlen, so untreu-

untreulich, böslich, und betrüglicher Weise vorgestanden, und ihnen das ihrige durch seine listige, bübische und tückische Räncke und Practicken vorsetzlichen entfrembdet und abgestohlen, auch anderen, so dergleichen thun möchten, zum Abscheu und Exempel, mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden, V. R. W. Vbi tamen coronidis loco notandum, quod suspendii supplicium de molitore; frumentis alienis furtiuas manus afferente, nisi furtum sit immoderatum, sumendum non sit, Landrecht *lib. 2. art. 29. in f.* ibique D. Zobel *in Gl. lit. D.*

XXXV

Et haec iurisdictione magistratui in molas competente. Quae materia ansam nobis praebet hic paulum disquirere: *An salua iustitiae monela, certum aliquod pretium, quod Barbarorum lingua accisae nomine, Teutonica uero* Mehl-Pfennig *insigniri solet, a magistratu queat farinae imponi?* Sicut compertum habemus, in Belgio, Italia, Hispania, et deinde post imitatione istarum regionum, in Boiemia, et nonnullis quoque aliarum ditionum ciuitatibus, in consuetudinem uenisse, ut in singulos quandoque farinae saccos quarta Ioachimici pars sit numeranda. Verum quicquid tandem receptum sit apud exteros, non tamen uidendum semper, quid Romae fiat, sed quid fieri fas erat, spectandum. *l. 20. de Offic. Praes.* Addo, quod in Regnis supra laudatis, nec non in Belgio diuersus ualde modus regiminis, diuersaque a nostra collectandi ratio soleat informari, et in primis apud Belgas confoederatos, ubi nemo ex infimae caueae uulgo collectis extra ordinem praestandis oneratur, nisi facultatum, 600. florenorum pretio uenalium, dominus audiat. In Germania nostra ob infinitam pauperis sanguinis multitudinem exactio eius generis uix,

imo ne uix quidem, illaefo libertatis debito, poterit exerceri, nisi exactor, talis noxia populi hirudo, nunquam missura ante miserorum cutem, quam grandi pecunia plenam exsuxerit crumenam, et homicida pauperum salutari minus erubescat. Enim uero qui alimenta denegat aut subducit, enecare uidetur, et Poetae quoque elogio:

χρήματα - ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι

Scite tamen excipiendus hic semper uenit extremae casus necessitatis, quo urgente magistratus, uigore dominii eminentis, ad non pauca ordinario regimini inusitata summo iuris triumpho procedit, Gail. *II. obs. 57.* Cui asserto calculum quoque suam adiicit H. Grotius *lib. 1. cap. 1. §. 6.* ubi: In res, ait, singulorum maius est dominium Regis ad bonum commune, quam dominorum singularium. Add. Idem *lib. 3. c. 19. §. 7.* uerb. Id enim ius (supereminens dominii) ad omnes spectat res subditorum. Confer et eundum *lib. 3. c. 20. §. 7. n 1.* Plura etiam de dato quaesito cui legere arridet, euoluere Casp. Klock. *de aerar. lib. 2. cap. 78. n. 4. et seqq.* haut grauabitur.

XXXVI

Caeterum nec incommode hic uentilari potest quaestio: *An molendina libera debeant esse a metatis?* Resp. Cum priuilegiis et immunitatibus plerumque dotari debeant bene de rep. promerentes, et arte sua insigniter eandem adiuuantes, ac propterea, monente Hieronymo Schurffio *cent. 1. cons. 100. n. ult.* utilitas etiam priuata, caeteris paribus, quandoque praeferenda sit modicae utilitati publicae: Hinc concludimus, quod quoniam molitores operis assiduis omnibus omnino ciuibus deseruiunt, et con-

consequenter publica quoque commoda promouere et diurna et nocturna manu laborant, eosdem quamuis non ab omnibus, certe tamen a grauioribus, insolitis et crebrioribus collectis, nec non a personalibus oneribus frequentioribus, ne horum per praestationes a summo necessario reip. studio auocentur, plane excusandos esse. Vide Choppin. *de priuil. rustic. part. 1. c. 1. 2 3. et 11.* Id quod ob paritatem causae ad omnes molitores, siue publica magistratus, siue propria exerceant molendina, pertinere tradunt interpretes. Talia quippe grauamina reliquis incolis, quorum longe multumque maior est, quam molitorum numerus, sicque partem, molitoribus aequali distributione incubantem de facili inter semet diuidere possunt, non immerito accrescere uidentur. Quo conducit, quod alias copia rerum circumfluentes iis, qui extremum ad paupertatis gradum sine culpa sua deuenerunt, impensas in litem saltem probabilem faciendas sufficere teneantur. Vide Vent. de Valentiis *lib. 2. parthen. litig. c. 9. n. 18.* ibique allegatos. Quid? quod Ordinatio milit. Caesarea d. 29. Nouembr. anno. 1640. promulgata §. **als erstlich** determinat: **Soll keinem weder Hohen noch Nieder-Officirer vergont seyn, die Quartier wieder des Landes-Obrigkeit Belieben eigenes Gefallens zu machen ꝛc. noch die Klöster, Kirchen, Pfarr-Höfe, Schulen, Hospitalien, Schlösser, Frey-Höfe, Apotheken, Eisen-Hammer, Saltz und Ertz-Hütten, Mühlen, Schmieden und andere gefreyete Geist- und Weltliche Personen und Häuser, weder mit eigenthätlichem Einquartier- und Schatzung, noch in andere Wege nicht zu beschwehren und zu belästigen.** Et Rescriptum *POTENTISS. ELECTORIS SAXON.* d. 3. Mart. 1635. n. 4. ita praecipit: **Die Mühlen in J. Chufürstl. Durchl. Landen sollen von**

den Quartier-Meistern und Forirern gänzlich in Ruhe gelassen, und keinesweges geschätzet, oder was solcher Gestalt erpreßt (nebenst vorbehaltener Strafe) an der Verpflegung wieder abgerechnet werden.

XXXVII

Sed quid si in usu obseruari soleret, ut molendina etiam metatorum oneri essent obnoxia, prodit nunc quaestio: *Ecquis ratione conducti molendini metatorum impendia ultimato sentire teneatur, locatorne, an uero conductor?* Illis nostrarum tempestatum de metatis, quae praeter omnem iuris ordinem uexationes saepe personales, et detrimentum rei familiaris notabile important, si sermonem caedamus, ad ea effectiue sustinenda non certe conductor, sed locator potius est obligatus, et si quos sumptus metatorum nomine conductor fecerit, ad eos refundendos locator utique tenetur *l. 9. C. de metat.* C. I. A. *de cens. tb. 12.* Add. Carpz. *part. 2. Constit. 37. def. 15.* ubi sequens legere est praeiudicium: Weiln die Pachtner bis anhero in solchen Mühlen auf die Einquartierung der Soldaten viel Unkosten aufwenden müssen, so ist der Rath, als Verpachter, dem Pacht-Müller solche Unkosten, auf vorgehende liquidation und Bescheinigung, abzustatten, oder ihm an Pacht-Zinsen abkürtzen zu lassen schuldig. Neque id iniuria: Qui namque percipit commodum, idem et incommoda subire paratus esse debet. Iam uero si locator u. g. conductori molendinum, quinque rotis instructum, cederet ea lege, ut sex frumentorum modios singulis pro rotis quot annis mercedis loco ipsi admetiretur, et industria conductoris pluribus rotis moletrinam augeret, eandem plane census promissi quantitatem pro

sin-

ſingulis rotis additis conductor dependere cogeretur, Iaſon *in l. 2. ff. de flum. n. 168. et ſeqq.* Merces enim amplificatur creſcente lucro conductoris *l. 10. pr. de ann. leg.* Id quod tamen non capiendum uenit de eo lucro, quod per diligentiam conductoris ex fructibus rei conductae, ſed ab ea plane ſeiunctae, nouae ſc. moletrinae, comparatur, Gl. *in l. 25. ſ. 6. et ibi* Bart. *ff. locat.* Reclamare quidem reſponſioni datae uidetur *l. 20. ſſ. 3. C. de agric. et cenſ. lib. 11.* Reſp. Alia eſt praeſtatio intermedia, et alia ultima praeſtatio. Haec incumbit domino et locatori fundi, isque etiam tributa, propter fundum conductum numerata, conductori ſuo, quippe qui locatoris uice eadem ſoluiſſe credendus eſt, iure meritoque redhibere adurgetur, Klock. *de contribut. th. 23.* Illa uero, intermedia uidel. tributorum praeſtatio, a locatore interdum facienda uenit, cum fiſcus poſſeſſionem ſequatur, et qualicunque etiam a poſſeſſore collectarum exigat ſolutionem, *l. ult. C. ſine cenſ. uel reliq. feud.* add. Peretz. ad *d. l.* Praeferendum tamen hic ſemper eſt, quod auctum inter contrahentes *l. 52. ſ. 2. de pact.* ibique Anton. Faber. *in f. ration. decid.* aut quod in uſu collocatum *l. 32. ſ. 6. de adminiſtr. et peric. tut.*

XXXIIX

Caeterum cum iam inciderimus in contractum locationis conductionis, non adeo forſan inconueniens fuerit hic diſpicere, quid ſtatuendum, *ſi annonae caritas premere incipiat incolas, eaque rerum anguſtia molentes pauperes nil niſi ſecale hordeo permiſtum deferant in molendinum: Vtrum tunc temporis molitor purum ſecale cenſus loco offerre teneatur domino, an uero hordeo diſtinctum hic acceptare obligetur?* Reſp. pro priori quaeſtionis membro ferendam eſſe ſententiam,

quia

quia ſicut ad molitorem omne redundat commodum, ita et incommodum ad eundem pertinebit. Cui accedit, quod aliud pro alio inuito creditori obtrudere nemo poſſit, *l. 2 ff. de R. C.* Quantumuis aſſertum noſtrum reſtringendum ueniat, ſi purum ſecale non niſi cum ſumma difficultate queat comparari, qua tamen rerum facie pretium meri ſecalis offerre locatori molitor adſtrictus remanet, Köppen *deciſ. 25. n. 10.* Nec obſtat ex ſuperiori ac primo loco aſſignata ratione, quod utique in tali mixtura frumentum a molentibus in molendinum ſueuerit deferri.

XXXIX

Quaeritur denique: *An ſi quis molendinum emat bannarium, poteſtas quoque compellendi uenditoris ſubditos, hoc unice ut in poſterum quoque tempus uiſitent, ſine expreſſa banni conceſſione ſimul tranſeat in emptorem?* Reſp. affirm. idque adſtipulante *l. 40. §. 1. l. 47. 48. 49. ff. de contrah. empt.* Quem enim ad modum res defertur ad emptorem cum ſuo onere, ſic etiam cum ſuis ad ipſum priuilegiis, haec niſi perſonalia ſimul fuerint, eandem de uenire aequum eſt, *l. 10. de R. I.* Conf. Hering. *de molend. qu. 30. n. 36* Vbi παρέργως ueluti ſubdere liceat, quod in iudicio familiae hercisc. illi aſſignanta ſit moletrina, qui potioris in eadem partis dominus ſalutatur. Vide Prae-Nobiliſſ. Domini Bechmanni ICti *Praelect. publ. ad Manuale Iur. Gothofredi tit. fam. hercisc.* Vbi praeiudicio Lipſ. m. Nou. anno 1594. idem fuiſſe adſtructum edocetur. Sed relicta ambage ulteriori, ad oleas demum nos recipiamus, ubi ex instituto noſtro nunc accelerat.

SECTIO

SECTIO V

DE

REMEDIIS, PRO RE MOLENDINARIA COMPETENTIBVS.

SVMMARIA.

I. Remedia pro molis competentia sunt uel generalia uel specialia.

II. Generalia sunt potissimum imploratio officii iud. et actio.

III. Quando locum habeat ista imploratio?

IV. Quotuplex illa actio?

V. Species possessor. action.

VI. Actio petitoria quotuplex sit?

VII. Species real. action.

VIII. Action. personal. fontes.

IX. Personales ex contractu bono.

X. Eiusd. ordinis ex contract. malo.

XI. Alia quaedam Remedia huc conducibilia.

XII. Remediorum specialium diuersi fines.

XIII. Remed. pro banni molendinarii euitatione.

XIV. Remed. pro banni conseruatione.

XV. Tertius molendinum bannale possidens potest agere contra nouiter institutum bannum.

XVI. Quod nequit tamen facere, si moletrina eiusd. haut sit bannalis?

XVII. An duplex merces uel canon exigi queat a conductore uel emphyteuta, qui nouam ueteri superaddiderat moletrinam?

XVIII. et seqq. An molitores admittendi sint ad honestum quoddam addiscendum et exercendum opificium, et qua actione experiri habeant, si quis ab eodem illos uelit exclusos? Denique subnectitur quaestio: An diuinarum tempore feriarum molituram liceat exercere?

I

Remedia iuri molendinario inseruientia constituere arridet duplicia: (1.) *Generalia* seu omnibus omnino

 mo-

molendinis communia. (2.) *Specialia* siue ad molendina bannaria tantum restricta.

II

Remedia generalia facultatis molendinariae conseruandae, et dispendii declinandi gratia in iure comparata absoluuntur potissimum *Imploratione Officii iudicis et Actione.*

III

Ad *Officium iudicis* quod attinet, illud circa molendina haut leue importat momentum. Possessiones quippe ueterum molendinorum nequaquam sunt turbandae: Quare si quis praefractae frontis audaciam sibi sumat molestandi possessorem, hic laesus Officium potest iudicis audacter implorare. Caepolla *in tractat. seruit. rustic. praed. cap. 4. de aquaeductu n. 44. in f.* Wesenb. *Cons. 34. n. 10. et 12.* Sic u. c. si quis nouiter ad exstructum sibi molendinum aquam illam, quae meo gyrando ministrabat, auertendo depauperaret, operis noui facta nunciatione, mandatum exorare haberem ad destruendam moletrinam, contra nunciationem meam aedificatam. Cuius asserti praxin obseruare est apud Adrianum Gylmannum *tom. 2 Symphoremat. supplic. part. 3. tit. 9. supplic. 15.* Quin si meo in fundo alter molendinum aut aliam quamcunque structuram poneret, istam propria etiam auctoritate, sine facta aduersario meo noui operis nunciatione, posse me demoliri, ex Ferrariensi, comprobante hoc ui *l. 29. §. 1. in f. ff. ad L. Aquil. l. 22. §. 2. ff. quod ui aut clam. l. 1. C. ut nem. liceat sine iud. auct.* tradit Pileus Modicensis, Glossator uetustissimus, *in quaest. iur. controuers. qu. 10.* Add. Stephanus Bertrandus *uol. 2. part. 1. cons.*

conf. 296. n. 9. pluresque ibidem laudati. Caeterum ratione mercedis etiam et macinae iudicis quandoque postulari posse Officium, docet Hering. *qu. 57. n. ult.*

IV

Actio, quae locum hic sortitur, est uel *possessoria* uel *petitoria.*

V

Possessoria est (a) actio ex utili interdicto: *Ne quid in flumine publico,* it. (b) ex *interd. Ne quid in loco publico,* si forsan usui aquarum, ex publico flumine aut per publicum fundum in locum priuatum ducendarum, impedimentum opponatur. Vide Iason *in l. 2. n. 51. ff. de flum. l. 5. et seq. ne quid in loc. publ.* Add. et Gilhausen *in Arbore Iudiciaria de interd. ne quid in flum. publ.* ubi libellus huc faciens articulatus. (c) Actio *ex interd. Vti possidetis*, qua experiri in primis potest et iste, qui in libera fruges ad suum molendinum deportandi possessione impeditur, cuius formulam egregiam exhibet Nobilissimus Dominus SEROTINVS *in praxi* des Teutschen Advocaten *fol. 371.*

VI

Actio petitoria iterum duplex adparet: Est enim uel *personalis* uel *realis.*

VII

Realis actio est actio (1.) *Negatoria*, qua possessor molendini, qui non procul a suo, etiam sine adhibita noui operis

operis nunciatione, paſſus eſt alterum aedificare nouam moletrinam, quae commodum prius exſtructae naturale aufert, agere poteſt ad id, ut uicinus, qui iure non aedificauit, nouum opus demoliatur, *arg. l. 8. C. de ſeruit. et aqu. iunct. l. 3. ſ. ult. l. 4. et 5. in pr. ff. quod ui aut clam.* Hac quidem in parte obeſſe uidetur domino primi molendini intermiſſio nunciationis, quam arripere habuiſſet, *l. 1. et ſeqq. ff. de noui oper. nunciat.* cum ius ciuile uigilantibus ſcriptum ſit *l. 24. ff. quae in fraud. creditor.* Verum Reſp. Omiſſam nunciationem nequaquam efficere, ut iniuſte aedificans iure aedificaſſe ſit aeſtumandus: Sed in id ſolummodo damnoſum eſt prioris molendini poſſeſſori ſilentium, quod iſtam per temporis intercapedinem, qua tacendo quaſi conſenſiſſe quodammodo in nouam ſtructuram uiſus eſt, nihil quicquam nomine eius, quod intereat non aedificatum fuiſſe, ſi poſt annum demum de iure habendi aedificatum agat, a reo poſtulare poſſit. Vide Anton. Fabr. *in ſuo Codice lib. 3. tit. 24. def. 6.* Quamuis igitur intermiſſa ſit noui operis nunciatio, quoniam tamen actio negatoria eſt perpetua, hinc rectiſſime ſtatuitur, quod moribus noſtris hac actione usque ad annos 30. contra molendinum non iure aedificatum quis poſſit experiri, Carpz. *part. 2. Conſtit. 3. def. 19. n. 5.* Modeſt. Piſtoris *Illuſtr. qu. 28.* Praeterea ad deſtructionem molendini datur etiam, ſi neglecta ſit noui operis nunciatio, *l. 1. §. 1. de nou. oper. nunc.* intra ſpatium annale interdictum: Quod ui aut clam, *l. 15. §. 3. quod ui aut clam.* It. interdictum demolitorium, ſi ſpreta nunciatione aedificatum ſit, Ripa *in l. 5. §. 10. ff. de nou. oper. nunc.* cuius form. ſiſtit Iacob. Blum *in Supplicat. Cameral. tit. 8. n. 65.* (2) *Actio negatoria*, quae competit domino neganti, aduerſario ius fore impediendi, ad hoc, ne iure aliquo, nequicquam ſibi arrogato, alter alterum ab exſtructio-

ſtructione molendini iniuſte impediat, *l. 1. §. 17. ff. de aqu. pluu.* Quae actio eſt generalis, non ſpecialis, quae datur domino neganti ſeruitutem ſe debere. Sic ergo *duplicem* exiſtere *negatoriam*, Ripa profitetur, atque Bartolum quoque ita animi ſenſa explicaſſe, teſtis eſt Franciſcus Aretinus *conſ. 30. dub. 4.* Formulam huius poſterioris proponit Henningus Hamelius in *Repetit. Inſtitut. de action. cap. 6. n. 13.* De reliquo adiungi quoque hic poſſunt Iaſon in *l. 2. n. 53. ff. de flumin.* et Speculat. *de action. §. 2. ac in primis n. 56.* (3) *Actio confeſſoria*, qua in poſſeſſione qui non conſtitutus experitur contra debitorem ſeruitutis, ne huius in uſu ipſum impediat, ac de non amplius turbando cautionem praeſtet *l. 4. §. 2. et 3. l. 12. ff. ſi ſeruit. uindic.* Pariter ſi quis aedificaſſet ſibi moletrinam publico in flumine, et hanc triginta per annos quiete poſſediſſet, poſtmodum uero alius non nemo flumine in eodem machinam ſibi molendinariam, curſum aquarum, priori molendino deſeruientium, impedientem exſtruere tentaret, noui fabricator mediante actione confeſſoria ab aedificatione poſſet arceri. Confeſſoria quippe quandoque affirmatiue, et quandoque negatiue ponitur, uti conſtat ex §. *aeque 2. Inſtit. de action.* Quamuis et nunciatio noui operis uide *t. t. de noui oper. nunc.* et utilis actio L. Aquil. argumento illius, qui pecora in cuſtodiam abripuerat aliena, ut fame afflicta perirent, ſtationem hic inuenire queant, Pileus *qu. 11.* et Hering. *qu. 57. n. 5.*

IIX

Actio *perſonalis* originem trahit uel ex *contractu bono*, uel *malo* ſeu delicto.

IX

Ex contractu bono frequentissime hic obuersatur actio locati conduct. It. Condictio ex *l.2.C. de iure emphyteus.* qua de uide Benincas. *in. §.actionum 28. n. 73.*

X

Ex malo contractu seu delicto locum hic inter caetera inuenit (1) *interdict. de ui et ui armat.* quo ius suum persequitur is, qui uiolenter de molendino est deturbatus. Vide. *tit. de ui et ui arm.* Quod si congregatis hominibus fiat, etiam (2) ut crimen fractae pacis publicae potest accusari, cuius accusationis form. habet Blum *in Supplicat. Cameral. tit.3. num. 1. et. 2.* Item (3) respectu mali contractus datur quandoque condictio ex statuto, qua mulctam postulamus, si recuset alter demoliri moletrinam, quam statutum sub mulctae comminatione destruendam praecipiebat. Vid. Horatius Carpanus, ICtus Ital. *ad statuta Mediolan. c. 147. n. 49.*

XI

De reliquo rei molendinariae conseruandae deseruit quandoque; *Actio in factum*, quae cuiusuis interdicti in locum est subrogata, *§. f. Instit. de interdict.* nec non et protestatio huc facit interdum. Plura de actionibus pro aedificatione et defensione molendinorum, clusarum et iure aquae ducendae competentibus exhibet Iohannes Franciscus a Ripa *ad l. 2. ff. de flum.* Matth. Wesenbecius *cons. 67.* Anton. Faber in Codice a se composito *lib. 3. tit. 24. defin. 5. 6. et 7.* Sic ulterius qua experiundum sit actione, si molae superioris structura restagnet aquam, Wann das

Was-

Waſſer aufgeſchützet wird, daß der unterſte Müller nicht mahlen kan, tradit Meierus *C. I. A. ad tit. ne quid in flum. publ. th. 7.* Et quae detur actio pro uindicanda machina molendinaria, quam impetus aquae abſtulit, tangit Zaſius *in form. libell. f. m. 266. n. 14.*

XII

Ad Remedia quod attinet *Specialia*, quaedam competunt pro *banni* iniuncti *declinatione*, alia uero pro ulteriore banni *tuitione*.

XIII

In priorum claſſe eminet *querela*, coram ſuperiore, ſi dominus ſubiectum ſibi gregem banno molendinario implicare conetur, uel ſimpliciter, uel more modoque adpellationis ſec. *l. 1. et 2. in f. C. in quib. cauſ. colon. domin. accuſ. lib. 11. Clement. un. §. molentes in molendinis, de exceſſib. Praelator.* inſtituenda. Add. Anton. Theſſaurus *deciſ. 16. n. 6.* Herman. Lutherus *tr. de cenſu lib. 1. c. 12. n. 6. 7. 8.* Olradus *Conſ. 334.* Quae conqueſtio accedentibus legitimis requiſitis mandatum quandoque ſine clauſula operatur. Cuius proceſſus exemplar nobis proponit dicta *Clement. un.* ubi Clemens V. Pontifex: *Frequens,* inquit, *et aſſidua nos quorundam Religioſorum querela circumſtrepit, quia plerique Epiſcopi ipſorum quietem iniuſte in ſubſequentibus multipliciter inquietant: Molentes in molendinis, et coquentes in furnis exemptorum etc. ſuſpendunt, interdicunt et excommunicant absque cauſa rationabili pro lubitu facultatis et uoluntatis, bona illorum interdum nihilominus inclyte occupantes etc. Decet igitur, ut et Praelati et alii, tam exempti, quam non exempti ſuis iuribus ſint contenti, et alter in alterius iniuriam ſeu iacturam non proſiliat. Vniuerſis itaque Praelatis Eccleſiarum praeſentis ſan-*

ctionis

ctionis Edicto districte praecipiendo mandamus, quatenus ipsi a praedictis grauaminibus omnino cessantes, et cessare suos subditos facientes, uiros Religiosos charitatiue tractent et foueant, et sua iura ac priuilegia in uiolabiliter eis seruent. Et quoniam plus solet timeri, quod specialiter, quam quod generaliter inbibetur, eisdem Praelatis districtissime inbibemus, ut Abbates, Priores et alios Religiosos, ne ad sua generalia uel prouincialia uadant Capitula, impedire quomodolibet non praesumant. Add. Guido Papa qui *tract. de usuris num. 14.* expressim asserit, quod ille ipse dominus, qui potestate sua suos urget subditos, propinquiore in moletrina et minore cum temporis iactura molere habentes, ut dominicis saltim in molendinis grana frangere laborent, ad resarciendum ex interdicto tali acceptum detrimentum tanquam usurarius obligetur.

XIV

Posteris ordinis, seu ad banni obtenti tuitionem facientia Remedia sunt (1) *Probibitio*, ne subditi aliena uisitare molendina ausint. (2) *Pignoratio frumenti et farinae ablatio*, quam exercere quoque habet dominus moletrinae bannalis omni iurisdictione destitutus. (3) *Actio ex interdicto: Vti possidetis.* Quamuis enim uigore *l. 38. ff. de re iudic. cap. ult. x. eod.* et iuxta Chassan. *in Consuetudin. Burgund. rub. 1. §. 4. uerb. et sur les hommes n. 6.* et Gail. *2. obs. 69.* libertas naturalis regulariter praesumatur, nihilo tamen secius, si quis possessione molendini bannerarii munitus sit, in eadem a magistratu est tutandus, usque donec antagonista eiusdem in petitorio, seu uocant, iudicio diuersum euincat. Qualiscunque enim possessor eo ipso, quod possidet, plus iuris habet, quam qui non possidet, *l. 2. ff. Vti possidet.* In pari ergo causa possessor haberi potior

potior debet *l. 128. de R. I.* et cum obscura sunt iura partium, consueuit (si alter possessione sua legitime innitatur, et sic possessoria emergat disceptatio) contra eum, qui petitor est, iudicari, *cap. 3. in f. x. de fide instrum.* Beati ergo possidentes! *Gl. §. 4. uerb. commodum &c. instit. de interdict.*

XV

Caeterum non ipsi tantum incolae, qui grauantur noua banni instauratione, sed et *tertius* quandoque aliquis, cuius in praeiudicium noua bannalis moletrina uergit, insurgere potest contra banni inusitati auctorem. Nam molendinum si quis possideret bannerarium, in quo alteri cuidam domino subiectus populus frumenta sua conterere obligatus, hicque dominus interdiceret subditis suis, ne frequentarent amplius molendinum istud bannale, sed suum ipsius saltim uisitarent, tunc molae bannerariae dominus competentibus remediis urgere posset inhibentem dominum, non solum ut reuocaret interdictionem suam, sed et emolumentum durante inhibitione interceptum restitueret, ac de non amplius prohibendo praestaret cautionem, *arg. l. 7. l. 12. si seruit. uindic. l. un. C. uti possid.* Actio autem in primis confessoria locum hic sortitur, qua reus et a turbatione sese abstinere, et medii temporis interesse laeso restituere compellitur *l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. seruit. uindic.* Add. Rauchbar. *lib. 1. qu. iur. 9. 27. n. 14.* Menoch. *3. retin. possess. remed. n. 811. et seqq.* Klock. *de contribut. cap. 1. n. 3801. et seqq.* ubi praeiudicium Camerale: Carpz. *part. 2. Constit. 31. defin. 11.* qui Dominorum Lipsiensium Scabinorum, in causa Christoph a P. et ciuitatis L. m. Octobr. 1662. prolatam affert sententiam sequenti argumento: Wann nun gleich die Un-

terthanen damit zufrieden, und solchem Verboth nachzukommen vermeinet seynd, dieweil aber dennoch hierdurch euerer Mühlen-Gerechtigkeit nicht wenig Eintrag und Schaden zugefügt wird, so seyd ihr auch gedachten C. a P. deswegen gebührlich zubelangen, und damit das an seine Unterthanen gethane Verboth hinwiederumb cassiret und aufgehoben werde, zu suchen wohl befugt, V. R. W.

XVI

Quod si tamen molendinum tertii iure banni haut munitum fuisset, et alteri domino obediens multitudo tantum commoditatis gratia, per immemorialem etiam temporis lapsum, istud frequentassent, iamque hic prohiberet subditos suos a uisitando tertii illius molendino, huius dominus nullo iure interdictum hoc impugnare haberet, ceu tertia ex Sect. superius delineata satis fortasse dispalescit. Neque etiam praesumenda est in prohibente aemulatio uel nocendi uoluntas; sed naturalis potius charitas a se ipsa incipiens, suaque amplificare commoda affectans, a tale ausum stimulasse credenda est, Mascard. *conclus. 621.* et Gail. *lib. 2. obs. 69. num. 30.* maxime ubi propria, manifesto subest utilitas, Mascard. *dict. conclus. n. 5.* Confer Brunnem. *centur. 2. decis. 71.*

XVII

Praeterea quaeritur hic (1) *Vtrum concedens alteri pro certa pensione molendinum cum insula, exstructo postmodum ab accipiente alio adhuc in illa ipsa insula molendino, duplicatam possit pensionem ab eodem exigere?* Respondet accuratissimus Pileus *qu. 72.* Mihi sic uidetur distinguendum: Vtrum adpareat,

pareat, quid actum fuerit, uel non: Si adpareat, istud seruabitur, si uero non adpareat, uel omissum praesumam, uel contra stipulatorem uel locatorem uerba interpretabor, *l. Quicquid 99. ff. de V. O.*

XIIX

Quaeritur (2) *An molitores eorumque liberi aliqua famae macula ab officio, quod exercent, molendinario deturpentur, quapropter inhabiles euadant ad honesta aliorum artificiorum obeunda munia: Et utrum iudiciali quodam gaudeant remedio, quo caeteri artifices sua his ad artificia admissionem dare queant urgeri?* Superioris seculi opifices quosdam eo processisse temeritatis, ut statuta etiam sanciuerint, quibus molitorum, textorum, chirurgorum, opilionum, balneatorum et tibicinum filiis ad honesta alia opificia aditus praecluderetur, nemo forsan, nisi peregrinus in Historicorum uiridariis, ignorabit. Sed quam inhumana haec ausa fuerint, res ipsa docere uidetur. Nam quaecunque artes ad bonum ordinantur finem, nec quaestum affectant sordidum aut impium, illae omnino sunt honestae, nec ulla squalent nota turpitudinis, Cassiodor. *lib. 9. Epist. 3.* Iam uero huius generis esse artem molitorum, tamdiu certum relinquetur et immotum, donec detegat mihi quispiam conditionem aliquam, quae scopo eiusdem non dicam dedecus morale, sed ciuilem tantummodo labeculam queat adspergere. Et quid, quaeso, causae subesse possit, ut sartorem, sutorem aut coquum (quem si Principi cibum praeparet, dignitate etiam, quamuis ea sine titulo saltim, praeditum fore, asserit Marquard. de Susannis *tract. de Iudaeis part. 2. c. 7. n. 12.*) potiorem ducamus, quam molitorem, qui non interdiu

ſolum, ſed noctu etiam continuo labore reip. prodeſſe deſudat. Tacebo, quod Reges etiam et Principes, Cleanthes item Philoſophus mola quondam manuaria, pro ſoſpite conſeruando corporis habitu, frumenta conterere haut dedignati ſint, quemadmodum ex Herodian. *lib. 4. Plin. lib. 18. c. 11.* Diogene Laërtio *lib. 7.* obſeruare eſt. Equidem parum quandoque laudis reportare ſolent molitores, quod duplices interdum depraehendi ſe patiantur in auferenda menſura, mercedis nomine iisdem alicubi concedi ſolita: Verum enim uero uitia artificis minus prudenter ipſi tribuuntur arti, ceu Atticae etiam eloquentiae Princeps teſtatur: ȣ̓ δίκαιον, inquiens, τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν, ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ψέγειν, ὅσοι τοῖς ἀγαθοῖς κακῶς χρῶνται, h. e. non eſt iuſtum, hominum improbitatem in res transferre, ſed illi ipſi culpanti ſunt, qui bonis rebus male utuntur. Nam ſalubres etiam inter ſegetes quandoque

Infelix lolium et ſteriles dominantur auenae.

Ob iſtas tamen nociuas herbas nemo, niſi anticyris opus habens, fruges utiliores ſolet faſtidire. Et hinc dubio procul euenit, ut per Caroli V. Imperatoris, et Statuum Imperii Romano-Germanici ſanctionem *in R. I. anno 1548.* Auguſtae Vindelic. compoſito, tit. von Handwercks-Söhnen, Geſellen und Lehr-Knaben, odioſa illa priorum temporum ſtatuta de non recipientis in collegia molitoribus, aliisque antea excluſis perſonis, plane ſint abrogata, et ſequenti illis ad opificia honeſta aditus datus ſit prouiſione: Als auch an etlichen Orten der Gebrauch iſt, daß die Leinweber, Balbirer, Schäfer, Müller und dergleichen Handwercker in den Zünfften zu andern, denn ihrer Eltern, Handwercken nicht aufgenommen noch ge-

zogen

zogen werden, und aber ie unbillig, daß diejenigen, so eines ehrlichen Herkommens, Handels und Wesens, ausgeschlossen werden solten: So wollen wir solche beschwerliche Gebräuche hiermit aufgehebt und vernichtiget haben. Setzen, ordnen und wollen demnach, daß die Leineweber, Balbirer, Schäfer, Müller, Zöllner, Pfeifer, Trummeter, Bader, und die, derer Eltern, davon sie gebohren sind, und ihre Kinder, so sich ehrlich und wohl gehalten haben, hinführo in Zünften keineswegs ausgeschlossen, sondern wie andere redliche Handwercker, aufgenommen und darzu gezogen werden sollen. Quae sanctio solenniter a Diuo Rudolpho repetita est in der gebesserten Policey-Ordnung zu Franckfurt anno 1577. tit. 38 Add. Zorer. *part. 2. qu. 18. n. 4063.* et Carpz. *l. 9. Resp. tit. 10. Resp. 99.*

XIX

Unde si *conquerantur* (a) repulsam passi molitores coram repellentium magistratu, in primis Maiestate, si non propriissime, certe analogice tali supereminente, eumque litteris admissionem ad opificia orent supplicibus, *mandata* saepe *poenalia* ab illo decerni solent, quibus compellantur refragantes opifices ad concedendum queritanti aditum: Omnino quippe aequitas iubet, ut exsecutioni mandent Imperator et Status Imperii, quod semel ipsis placuit in Comitiis, iidemque seruare per modum quendam conuentionis in se receperunt, iuxta clausulam Imperii Recessibus subnecti consuetam: Daß sie (der Keyser und die Stände des Reichs) alle bewilligte Puncta und Articul stät, aufrichtig und unverbrochen halten, strenglich vollenziehen, und deme nach allem Vermögen geleben und nachkommen wollen. Et huic Remedio primas omnium defert Hering *qu. 1. n. 93.* eiusdemque formulam quandam

dam

dam Latinam ibidem delineat. Praeterea repudiationem a Collegio opificum experti impetrare habent (b) *citationem*, qua uiolatores superius dictae sanctionis Imperialis arcessiri solent ad uidendum declarari, quod inciderint in poenam priuilegii arbitrariam. Vide Marant. *in Specul. tit. de ex secut. sentent. §. breuiter dicentum n. 7.* ubi hanc in rem ulteriora.

XX

Quaeritur (3) *An diebus etiam feriatis moliturae operam nauare sit integrum?* Resp. negando, nisi necessitas urgeat probabilis, inde fortassis progenita, quod diebus profestis ob uitiosam machinam molendinariam, aut glacie quasi fraenatum ab hieme aquarum cursum, labor inanis ad frangendas mola fruges fuerat collatus. Necessitas quippe efficit probabile, quod alias foret improbandum, Camillus Borellus *tract. de comprom. §. 2. gl. 1. n. 219. et seq.* Et sabbathum propter hominem ordinatum est, non homo conditus propter sabbathum. Add. Cardinalis Tuschus *in conclus. pract. tom. 5. conclus. 19. lit. N.* Solicite tamen hic quiuis mortalium agere debet, ne uanum sibi necessitatis cuiusdam modum effingat, aut secundum illud Hug. Grot. *de I. B. et P. lib. 3. c. 17. §. 1.* etiam ubi de necessitate constat, ultra sumat, quam illa exigit: Ipse namque coelestis Monarcha, qui ius etiam in supremos Regum tremendorum apices obtinet, legem illam: Memento, ut diem Sabbathi sanctifices, cuiuis sanguine mortali creto praescripsit. Cuius iussi diuini seria uoluntas uel inde etiam edoceri potest, quod supremum Numen fluuii cuiusdam, per Iudaeam delabentis, nomine Sambation a Sabbatho forsan quasi Sabbathion designati, fluxum caeteris diebus perennem, singulis olim sabbathis cessare fecit. Vide Ioseph. *lib. 7. bell. Iudaic. cap. 24.*

SECTIO

SECTIO VI et VLTIMA.

DE MOLENDINORVM AMISSIONE.

SVMMARIA.

I. Facultas molam habendi interit praescriptione: quae tamen certis modis declinari potest.
II. Concidit remissione.
III. Infirmatur aluei mutatione.
IV. Perditur abusu.
V. Aufertur delicto, reip. occasum machinante.
VI. Vltima manus uniuersae tractationi quaestione unica coronidem quasi imponit.

I

Per modos aliquod amittendi facultatem molendinariam oculos si uoluamus, choream illorum non immerito ducere uidetur (1) *praescriptio.* Quod si enim (α) quis ex mera sibi relicta adhuc libertate publico in flumine, eoque nec nauigabili nec immediate in flumen nauigabile labente, exstructam quidem haberet moletrinam, sed per tempus tamen praescriptioni definitum nondum possessam et sic quasi confirmatam, atque aliud insuper molendinum, incommodum ferens non exiguum ex prius aedificato, siue ante siue post primi molendini interitum exstrueretur, prior moletrina, nullis relictis ruderibus, solo aequata, nec unius intra periodum anni refecta, ius moliturae plane amitteret: *Vid. l. 7. de diuers. temp. praescript. l. 6. pr. de R. D.* Ferrariens. *in form. libell. confess. uerb. seruitus aquae n. 10.* Add. Honded. *u. 2. cons. 84. n. 53.* Et sic nouo in parte fluminis inferiori molendino instaurato, superius

antea factum, et nunc funditus deletum reaedificare non liceret, Menoch. *v.10. conf. 909. n.16.* Quantumuis prioris molendini domino, moram praegnantibus rationibus in tempore purganti, restitutio in integrum non sit denegganda, Noa Meurer *tr.2. qu.2. n.32.* Deinde (β) si prohibita esset omnibus et singulis molendinorum aedificatio, ast speciali quis impetraret priuilegio, molendinum sibi concederetur exstruere, hocque exstructum radicitus euerteretur casu quodam, humanam prouidentiam omnem superante, nec de iure ciuili a praesentibus iuxta *l.1. ff. de nundin.* intra decennium, uel absentibus intra uicennium sec. *l.16. §.1. C. de usufr.* de iure uero Saxonum utroque casu triginta per annos, annum et diem, Carpz. *p.2. c.3. d.23.* restauraretur priuilegium concessum euanesceret. Add. Niell. *disp. feud.3. th.2. pr.* Quin imo licet molendinum haut deletum foret, priuilegiatus autem intra dicta tempora ius suum hautquaquam exercuisset, sec. textus laudatos nihilo periret secius facultas molam habendi concessa. Id quod tamen saltim procedit eo casu, quo quis aedificare aut molam exercere ualuit, nec tamen usus fuit iure suo: Cessante quippe occasione, ne quidem per mille myriadas ius legitime quaesitum non utendo quis amittit, *l.34. §.1. ff. de S.P.R. et l.35. ff. eod.* Enim uero non ualenti agere nulla currit praescriptio, *l.1. §.2. C. de annal. except.* Similiter si quis in tempore protestatus foret de iure suo, eamque protestationem in instrumentum procurasset relatam, hoc remedio integrum sibi reseruaret ius reaedificandi moletrinam, *arg. l.2. C. de annal. except.* Nicol. Valla *de reb. dub. tr.1. n.21. in f.* Quorsum conducit etiam superius memorata Caepollae cautela de paliridicis, ius suum tuendi gratia in statione ista, qua molendinum antea positum fuerat, de more infixis.

II

(2) Ius molae bannariae exſpirat *remiſſione*, eaque expreſſa, Menoch. *lib. 3. praeſumpt. 45. n. 12.* et a perſona habili facta. Vide *l. 74. de R. I. l. 13. §. 4. ff. de uſufr.* Remiſſio quippe donationem imitatur *l. 23. ff. de donation. l. 1. ff. de transaction.* Carpz. *part. 4. conſt. 19. def. 20. n. 6.* Brunnem. *conſ. 133. n. 64.* Quod ſi tamen plures molendini ſalutentur domini, unius renunciatio caeteris non debet eſſe damnoſa: Etenim renunciatio ultra renunciantis perſonam haut operatur, ſicut nec iusiurandum *l. 3. ſ. pen. ff. de iureiur.* Carpz. *part. 2. conſtit. 35. def. 11. n. 3.*

III

(3) Intercidit facultas molam habendi mutatione alvei, uno tamen impetu facta, *arg. l. 3. §. 2. ff. de aqu. cottidian.* Caepolla *de S. R. P. tit. 4. n. 35.* Quando enim per decrementum latens, ſeu quod non ſtatim ipſo actu in ſenſus ſe ingerit, mutatus eſt alueus, facultas aquae ducendae, cum idem adhuc ſuperet flumen, non ſimul ablata ſtatim exiſtimanda eſt, *l. 7. §. 3. ff. de acquir. rer. dom.* Quod ſi tamen fluxus ad priorem relabatur alueum, ius molam tenendi, tametſi uno etiam lapſu rapido curſum iſte mutaſſet, priſtinum reuiuiſcit *l. 7. §. 1. uerb. interpellari ff. commun. praed.* niſi quilibet alter iſtud iam praeſcripſerit: Quanquam non deſunt, qui contra hanc ipſam quoque praeſcriptionem beneficium reſtitutionis in integrum damnum paſſo largiri malint *arg. l. 34. §. 7. et 35. ff. de S. R. P.*

IV

(4) Exſtinguitur abuſu *Can. 63. Cauſ. 11. qu. 2.* Vbi tamen plures participant dominium molae indecens uſus unius reliquis deteriorem hac in parte conditionem non progenerat. Conf. Brunnem. *Conſ. 142. n. 91. et 100.*

V

(5) Delicto atrociori, quod delinquentem confiſcatione etiam bonorum conficit, quale moribus noſtris unicum fere laeſae Maieſtatis crimen iudicatur, poteſtas molendinaria in priſtino poſſeſſore ad nihilum recidit.* Vid. *auth. bona damnatorum C. de bonis praeſcript.* ibique Brunnem. Plures ius molendinorum amittendi enumerare modos, ne modum Diſſertationis prolixitate forſan excedamus, de induſtria ſuperſedemus.

VI

Denique ad externum coronidis loco ſuperaddere allubeſcit: *Anne tributis oneratum prius molendinum, ſi poſtea funditus eradicatum reficiatur, prioribus etiam ſubiiciat grauaminibus?* Reſp. negando. Vide Seraphin Oliuar. *part. 2. deciſ. 1418. n. 4.* Moletrina quippe in totum deſtructa, et poſtmodum reaedificata, plane penitus a priori, ſecund. Pacian. *de probation. 2. c. 18. n. 104.* diuerſa eſſe cenſetur.

Sed quando moletrina noſtra modiolum ſuum, Diuina adminiculante clementia, tumultuaria quaſi opera nunc permoluit, auerſo riuulo, rotas ſufflaminamus. Tu uero, Beneuole Lector, quod ſi farina palato tuo minus arriſerit, iuuenilibus partim molitoris annis, partim temporis, moliturae huic deſtinati, nimiae anguſtiae defectum tribues, ac furfures ab emolumento, quae tua eſt prudentia, ipſe noueris ſeparare. Quod ultimum reſtat, ad illum aeternae ſalutis Auctorem, in quo benedicunt ſibi omnes terrarum gentes, uocem humillime conuertentes, deuota animi mente iterum iterumque ingeminamus:

Gloria ſit ſummo, qui iuuit coepta, IEHOVAE!

